



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

3 3433 02267316 8





Pythagorean  
triplets





Journal

Y A E D

Digitized by Google

Journal





IAMBΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ  
ΠΕΡΙ ΒΙΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ  
ΛΟΓΟΣ.

---

IAMBLLIHI CHALCIDENSIS  
EX COELE-SYRIA  
DE VITA PYTHAGORICA  
LIBER  
GRAECÈ ET LATINE.

TEXTUM POST LUDOLPHUM KUSTERUM AD FIDEM CDD.  
MSS. RECOGNOVIT, ULRICI OBRECHTI INTERPRETATIONEM  
LATINAM PASSIM MUTAVIT, KUSTERI ALIORUMQUE  
ANIMADVERSIONIBUS ADIECIT SUAS

M. THEOPHILUS KIESSLING  
SCHOLAE EPISCOPALIS CIZENSIS CONNECTOR.

ACCEDUNT

PRAETER PORPHYRIUM DE VITA PYTHAGORAE  
CUM NOTIS LUCAE HOLSTENII ET CONRADI RITTERSHUSII,  
ITEMQUE ANONYMUM APUD PHOTIUM DE VITA PYTHAGORAE,  
VARIAE LECTIONES IN IAMBLLIHI LIBRUM TERTIUM ΠΕΡΙ  
ΤΗΣ ΚΟΙΝΗΣ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΗΣ ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ, ET QUARTUM  
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ ΑΡΙΘΜΗΤΙΚΗΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ,  
E CODICE CIZENSI ENOTATAE.

---

PARS PRIOR.

---

LIPSIAE, MDCCCXV.  
SUMTIBUS F. C. G. VOGELII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE 1

LECTURE 1

LECTURE 1

LECTURE 1

LECTURE 1

LECTURE 1

LECTURE 1

**VIRO MAGNIFICO**

**ILLUSTRI EXCELLENTISSIMO**

**IURISCONSULTISSIMO**

**CHRISTIANO GOTTLOB EINERT**

**S. U. D. POTENTISSIMO SAXONIAE REGI A CONSILIIS AULICIS,  
SENATUS LIPSIENSIS CONSULI PRIMARIO**

**HUNC LIBRUM**

**ANIMI GRATISSIMI ET DEDITISSIMI SIGNIFICANDI CAUSA**

**SACRUM ESSE VOLUIT**

**EDITOR.**





---

## P R A E F A T I O.

---

Quod iam post Kusterum etiam librum Iamblichi de Pythagorica vita denuo typis exscribendum curauimus, hoc quanquam non ea ratione defendere possumus, qua uti licebat, quum ante biennium eiusdem philosophi *λόγον προτρεπτικόν* edebamus, si quidem illius libri tum exstabat et vna et eadem vitiosissima editio Arcerii: huius tamen instituti non causam afferre possumus nullam, quam viris doctis probatum iri confidamus. Kusteriana enim editio quemadmodum iam in rarioribus librorum veterum editionibus numerari coepit, ita eadem, quum multis fisque egregiis ad accuratiorem graecae linguae cognitionem pertinentibus observationibus conspicua sit, philologi aegre carent. Huc accedit, quod etiam philosophiae veterum studiosi non possunt non optare, ut facilem copiam habeant ipsius Iamblichi opusculi. Quod licet dignissimum sit illis reprehensionibus, quibus a Meinersio in libro: *Geschichte der Wissen-*

*schaften in Griechenland und Rom*, Tom. I. pag. 271. exagitur, quum reuera materia in eo coacervata rudis sit indigestaque moles, neque certo consilio collecta, quum singulae partes ne formularum quidem connectendi vinculo colligentur, erroresque ab exscriptis auctoribus tum in rebus, quae narrantur, tum in temporum computatione commissi non magis corrigantur, quam differentiae diuersorum scriptorum tollantur, adeoque plurimae res diuersis locis *αὐτολεξεί* repetantur; quae res Kusterum in eam opinionem adduxerat, vt existimaret, vitae huic Pythagoricae non esse ab Iamblichō vltimam manum impositam, sed varia tantum collectanea ad hoc argumentum pertinentia confuse, vt fit, in schedas ab eo coniecta, vnde alii postea vitam hanc consarcinauerint; licet igitur tam nulla arte et diligentia hic liber corrasus sit, idem tamen cum Porphyrii libro eiusdem argumenti, deperditis maximam partem his scriptoribus, e quibus sua Porphyrius et Iamblichus exscripserunt, in primariis fontibus est habendus, vnde accuratior et plenior Pythagorici sodalitii cognitio hauriatur.

Kusterus de sua editione, quam anno  
 1707. Amstelodami vulgatam Ioanni Mo-  
 ro, Episcopo Noruicensi, inscripsit, in  
 praefatione haec refert: „Iamblichum No-  
 „strum περί Πυθαγορικών βίων primus pu-  
 „blici iuris fecit (anno 1598. in 4. apud  
 „Commelinum) Arcerius Frisius; sed par-  
 „tim iniuria temporis, partim librariorum  
 „negligentia et imperitia adeo corruptum  
 „et deformatum, vt nesciam, an a renatis  
 „literis vllus scriptorum veterum pluribus  
 „mendis scatens in lucem vnquam exierit.  
 „Quare mirum forsán cuipiam videbitur,  
 „toto illo temporis spatio, quod a prima  
 „editione iam effluxit, neminem inter eru-  
 „ditos scriptori huic tam male affecto ante  
 „nos medicam manum admouisse. Spem  
 „quidem nouae meliorisque editionis Orbi-  
 „Erudito fecerant Viri quondam Eruditis-  
 „simi Vlricus Obrechtus, et Thomas Ga-  
 „leus: sed illorum conatibus ineluctabile  
 „fatum intercessit. Quare cum provin-  
 „ciam hanc, illorum morte vacuam reli-  
 „ctam, a nemine occupari viderem, operae  
 „pretium me facturum putauí, si nouam  
 „Iamblichi editionem aggrederer, instru-  
 „ctus ad id collatione MS. quam debeo



„singulari favori et humanitati Virorum  
„Clariss. Clementii et Boivinii, qui instru-  
„ctissimae Bibliothecae Regiae Parisiensi  
„praesunt, mihiq; cum ante annos cir-  
„citer octo Parisiis versarer, tanta comi-  
„tate et facilitate aditum ad eam concesser-  
„unt, vt Musarum fores, quod prouerbio  
„dicitur, nusquam alibi magis apertas esse  
„viderim. Huius codicis ope plurimas,  
„easque foedissimas maculas ex Iamblichio  
„deterxi, et lacunas non paucas in eo sup-  
„pleui; adeo vt, qui hanc Edit. cum priore  
„comparare voluerit, immane inter vtram-  
„que discrimen deprehensurus sit. Prae-  
„terea, ex Illustris. Ezechielis Spanhemii  
„bibliotheca, quae Berolini est, nactus  
„sum exemplar Iamblichi, ad cuius mar-  
„ginem Nicol. Rigaltius, celebre quondam  
„inter eruditos nomen, adscripserat varias  
„lectiones eiusdem, de quò dixi, Msti. Pa-  
„risiensis; et praeterea coniecturas quas-  
„dam et emendationes viri docti (Iosephi  
„Scaligeri, vt puto,) quibus me in locis  
„nonnullis difficilioribus non parum adiu-  
„tum esse profiteor. Adhaec cum de con-  
„silio meo edendi Iamblichum certior fa-  
„ctus esset Vir Clariss. et de literis Graecis

„optime meritis, Ioannes Hudsonus, Bi-  
„bliothecae Bodleianae apud Oxonienses  
„Praefectus; misit ad me varias lectiones  
„et emendationes in eundem scriptorem,  
„quae in duorum Codicum impressorum  
„margine calamo exaratae erant. Hae au-  
„tem licet serius aliquanto et editione pene  
„iam absoluta ad manus meas peruenerint;  
„et praeterea non essent diuersae, cum a  
„variis lectionibus Msti Parisiensis, tum  
„a caeteris coniecturis, quas Nic. Rigal-  
„tius, vt dixi, margini Codicis Spanhe-  
„miani alleuerat (vt ex vno fonte vtrasque  
„profluxisse appareret); non tamen ideo  
„eruditissimi huius viri voluntas et bene  
„de me merendi studium minus gratum  
„mihi fuit. Vti vero hisce subsidiis ple-  
„rorumque locorum Iamblichii emendatio-  
„nem debeo; sic ad caetera, vbi ea spem  
„meam destituerent, illustranda et inte-  
„gritati suae restituenda qualescunque in-  
„genii mei vires aduocauit; qua quidem in  
„re an successus voto meo responderit,  
„penes doctiores iudicium esto. Quod si  
„forte quaedam diligentiam meam effuge-  
„runt, neminem id miraturum puto, qui  
„sciuerit, me tempore breuissimo, aliis-

„que urgentibus negotiis, operis huius te-  
 „lam detexuisse.“ Hactenus Kusterus,  
 quem hunc omnem laborem valde prope-  
 rasse, testantur tum multa loca male af-  
 fecta, quae intacta reliquit, tum ipsae  
*δεύτεραι φροντίδες*, quibus in praefatione  
 nonnulla loca retractavit, quas viri egregii  
 observationes suo quamque loco reliquis  
 inseruimus. Atque hae ipsae curae secun-  
 dae Kusterique aliunde satis cognita prae-  
 stantia dubitari non sinunt, quin, si suae  
 editioni maiorem curam impendere vel  
 potuisset vel voluisset, textum is sic resti-  
 tuturus fuisset, ut posteris editoribus pau-  
 ca emaculanda relinqueret. Sed iam nobis  
 absque arrogantia affirmare licet, textum  
 in nostra editione, quam in Kusteri, quam  
 plurimis locis esse emendatiorem. In qua  
 textus recognoscendi et emendandi cura  
 adiuti sumus tum eodem codice Gizensi,  
 quem in praefatione ad Iamblichi *λόγον*  
*προτρεπτικόν* pluribus descripsimus, tum  
 eiusdem codicis Parisiensis, e quo Kusteri  
 editio facta est, lectionibus, quae eadem  
 via ad nos peruenerunt, qua eiusdem co-  
 dicis lectiones in *λόγον προτρεπτικόν* nacti  
 eramus; in quibus quum plures optimae

notae, a Kustero non memoratas, deprehenderimus, hinc quoque intelligitur, quam, non dicam negligenter, festinanter certe Kusterus codicem Parisiensem contulerit. Item in vsum nostrum contulimus praeter Desiderii Heraldi in hunc Iamblichi librum animaduersiones, adiunctas illas huius viri docti Aduersariorum libris duobus (Parisiis 1599. in 8.) et iam a Kustero excussas, observationes Cuperi, Logani, Schwarzii, aliorum, quarum nobis fuit copia, easque omnes auctorum verbis aut plane non, aut leuiter mutatis reddidimus. Quanquam hic metuimus, ne, quandoquidem hic Iamblichi liber a viris doctis multo frequentius, quam reliqui, lectus, illustratus et emendatus est, probarum observationum per varios libros dispersarum satis largum spicilegium reliquerimus. Nonnullis locis iam Schaeferus, vir omni humanitate inter paucos insignis, pro suo literis bonis omni modo inseruienti studio et in me beneuolentia, quae me effugerant, docta manu suppleuit: id quod iis qui nostra editione vtentur, non minus, quam mihi, iucundum accidet. Porro consilium, quaecunque a viris doctis, de hoc

libro passim monita essent, quantum possemus, omnia in hanc editionem congerendi, nos commouit, ut etiam Meinersii commentationem, insertam libro supra laudato Tom. I. p. 273 — 288. qua cum probabilitate efficere studet, quibus auctoribus singulae huius operis musii partes sint assignandae, totam latine conuersam ita recipere, ut eius particulas singulis Iamblichi locis, ad quos pertinerent, praemitteremus, neque ea omitteremus, quae Wyttenbachius in Bibliotheca critica de nonnullis Meinersii opinionibus et Iamblichi locis pronuntiauit. Atque hic multi mecum dolebunt, quod Wyttenbachius, quippe qui cum paucis in hoc doctrinae genere regnet, non totius operis Iamblichei censuram egit. In Obrechtii versione latina, quam et ipsam, ne vlla Kusterianae editionis pars desideraretur, recudendam curauimus, non ea religione vsi sumus, qua Kusterus, ut qui eam, quamuis interdum ab orationis latinae puritate discedentem, talem prorsus, qualis ab auctoris manu profecta esset, non vero interpolatam lectori exhibendam censuerit. Mutauimus enim non solum illos locos, ubi Obrechtus

inuitis legibus grammaticis non accusati-  
uum cum infinitiuo, sed *quod* cum verbo  
finito posuerat, sed passim etiam barbaris  
vocalibus bene latina substituimus, neque  
manum emendatricem ab iis locis cohibui-  
mus, vbi Obrechtum, quem cum Kustero  
boni quidem et docti interpretis laude mi-  
nime defraudamus, ab auctoris mente ab-  
errasse manifestum esset. Quae libertas in  
nullius, opinor, reprehensionem incurret;  
quum haec interpretatio non eo loco possit  
haberi, quo habentur veteres nonnullae  
graeorum scriptorum interpretationes,  
quae, e codicibus factae, ipsae quoque pro-  
pmodum codicum numero sunt habendae.  
Neque tamen tam multa in ea mutauimus,  
vt tota sit nostra, Obrechtii esse desierit.

In notis, quae nouae Kusterianis acces-  
serunt, hoc potissimum egi, vt indicarem  
tum varias lectiones codicis Cizensis, non  
omissis vel apertis librarii vitiis, si quidem  
et haec in re critica non sunt nullius mo-  
menti; silentio tamen fere praetermisi, sic  
vbi noster codex veras lectiones a Kustero  
e Parisiensi receptas comprobaret; tum ea,  
quae in margine Iamblichi exemplaris ex  
editione Arcerii, a Kustero nomine codicis

Spanhemiani insigniti, a Rigaltio notata sunt, quorum complura Kusterus omiserat; denique diligenter rationem redderem, si quibus in locis, idoneis ductus argumentis, lectionem mutandam censerem. Quanquam enim auctoris textum non recensui, sed recognoui, saepius tamen huius editionis lectio a Kusteriana recedit, quod, qui utramque inter se contulerint, facile animadvertent. In quamplurimis vero locis, et iis quidem deprauatissimis, quum codices adhuc collati in vulgata labe conspirarent, in eo acquiescendum fuit, ut probabilem corrigendi rationem simpliciter in notis significarem. Et sane si in quoquam libro, in hoc Iamblichi saepissime incertissimum est, de lectionis veritate vel probabiliter pronunciare; nam non vnum hic scriptorem legimus, argumentum quoddam ratione ac via explicantem et certum scribendi genus, certum loquendi usum sequentem, sed plurium scriptorum fragmenta inter se male cohaerentia et oratione dissimillima. Hinc fit, ut eo adminiculo, quod, si alios bonos auctores tractes, laborantibus locis in bene sanis paratum est, criticus hic prorsus constituatur. Interpretis denique partes fere

non egi, nisi in iis locis, vbi ad tuendum iudicium, quod in variis lectionibus coniecturisque siue probandis siue repudiandis sequeremur, vnice id necessarium esse videretur. Nec facile aliae possunt esse partes interpretis libri eius generis, cuius hic est, quam quas Meinersius, Tiedemannus et alii, qui res Pythagorae eiusque scholae accurate et copiose explicarunt, summa cum laude egerunt. Horum igitur libros diligenter euolui suisque locis citavi.

Cum Iamblichō nos quoque e Kusteriana editione coniunximus ob argumenti et materiae similitudinem (Kusteri verbis vtor) Porphyrium \*) itemque Anonymum apud Photium de vita Pythagorae cum Notis in Porphyrium, quas vberes et amplas scripserunt Conradus Rittershusius et Lucas Holstenius. Rittershusii notas, a Kustero diu frustra quaesitas in variis Bataviae bibliothecis, tandem I. Alb. Fabricius ex exemplari Bibliothecae publicae Hamburgensis descriptas ad eum miserat. In limine notarum suarum quum Rittershu-

\*) Haec primus in lucem edidit Conrad. Rittershusius, Altorf. 1610. 8. Eam Edit. secuta est Romana, a. 1630. quam Lucas Holstenio debemus. Denique Cantabrigienses Editionem Holstenii (quae praeter Vitam Pythagorae, et alia Porphyrii opuscula continet) recudi curarunt, a. 1656. *Kust.*



sus confudisset Malchum, alias *Porphyrium* dictum, cum Malcho Philadelphensi, rerum Byzantarum scriptore, cuius Suidas et Photius mentionem fecerunt: postea errorem illum in iisdem notis ad Num. 27. ipse correxit, recteque Vitam Pythagorae ad Malchum Tyrium, siue Perphyrium, celeberrimum illum philosophum Platonicum, referendam esse vidit.

Nos denique appendicis loco huic editioni adiunximus varias lectiones codicis Cizensis in librum Iamblichi tertium *περὶ τῆς καθῆς μαθηματικῆς*, et quartum *περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς*, ut, si quis in posterum hos libros editurus esset, ne boni illius codicis auxilio destitueretur. Nos enim Iamblichō, qui diu nos exercuit, iam vale dicimus: neque tamen nos operae in hoc scriptore qualicunque collocatae poenitet, quum eam a viris doctis non inutilem iudicatam esse cognouerimus.

Ita vale, Lector Beneuole, nostrisque conatibus etiam in posterum faue, et si animaduertes, inoffenso pede vbiuis forte Te in Iamblichō progredi posse, scito, id etiam Schaefero, qui operas rexit, deberi.

Scr. Cizae, d. xxv. April. c1910cccxv.

ΪΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ ΒΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ.

Τρον. II.

Α

1911 1912 1913

## ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.\*)

α. Προοίμιον περί τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας, ἐν ᾧ θεῶν παράκλησις προηγείται, καὶ τὸ χρήσιμον καὶ δύσκολον τῆς πραγματείας συν-εμφαίνεται.

β. Περὶ Πυθαγόρου καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς ἀνατροφῆς καὶ παιδείας καὶ τῶν ἀποδημιῶν καὶ τῆς εἰς οἶκον ἐπανό-δου καὶ τῆς ἐντεῦθεν εἰς Ἰταλίαν ἐξόδου, καὶ ὅλως περὶ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν βίου.

γ. Τίς ἂν εἰς τὴν Φοινίκην αὐτοῦ ἔκπλους, καὶ τίς ἢ ἐκεῖ διατριβή, καὶ τίς ἢ ἐντεῦθεν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημία, καὶ πῶς γενομένη.

δ. Τίς ἢ ἐν Αἴγυπτῷ αὐτοῦ διατριβή, καὶ πῶς ἐντεῦθεν ἀπεδήμησεν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πῶς ἐκεῖ τοῖς μάγοις συνεγένετο.

ε. Πῶς ἐπανάηλθεν αὐθις εἰς τὴν Σάμον. τίς ἢ ἐν τῇ Σάμῳ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἐπιδημίαν ἐγένε-το διατριβή, καὶ πῶς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ

\*) Haec capitum summaria, quae in Arcarii editione leguntur, a Knistero autem ommissa sunt, etiam in Cod. (Siz. reperiuntur, et quidem aliis locis emendatiora, aliis vitiosiora.

θαυμασιῇ τέχνῃ ἐπαίδευσεν, ἀποδημίαι τε  
 1) αὐτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας, καὶ τρόποι ἀσκή-  
 σεως ἐν τῇ Σάμῳ.

ς. Αἰτίαι δι' ἃς ἀπεδήμησεν εἰς Ἰταλίαν, καὶ  
 περὶ τῆς ἀποδημίας αὐτοῦ ταύτης, καθολι-  
 κός τε διορισμός περὶ Πυθαγόρου, ὁποῖός  
 τις ἦν, καὶ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν φιλοσοφίας.

ζ. Κοινοὶ τινες ὡς περὶ τύποι τῶν ἐν Ἰταλία αὐ-  
 τοῦ πράξεων, καὶ τῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιφε-  
 ρομένων 2) εἰς τὸ κοινὸν λόγον, ὁποῖοί τινες  
 ἦσαν.

η. Πότε καὶ πῶς εἰς Κρότωνα ἐπεδήμησε, τίνα  
 ἔπραξεν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιφοιτήσει, καὶ τὴν  
 πρῶτον λόγους εἶπεν εἰς τοὺς νεανίσκους.

θ. Τίνας λόγους διελέχθη ἐν τοῖς χιλίοις τοῖς  
 προσετηκόσι τῆς ὅλης πολιτείας περὶ τῶν  
 3) ἀρίστων λόγων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων.

ι. Τίνα τοῖς παισὶ Κροτωνιατῶν συμβούλευσεν  
 ἐν τῷ Πυθαίῳ 4) κατὰ τὴν πρώτην ἐπίδημίαν.

ια. Τίνα τὰς Κροτωνιατῶν γυναῖξιν ἐν τῷ  
 Πυθαίῳ διελέχθη κατὰ τὴν 5) πρώτην ἐπίδη-  
 μίαν.

1) αὐτοῦ] In Ciz. vt in Arc. edit. est αὐτῷ, quod corre-  
 ximus.

2) εἰς τὸ κοινὸν λόγον] Ita Ciz. In Arc. edit. erat, εἰς τὸν  
 κοινὸν λόγον.

3) ἀρίστων λόγων] In Arc. ἀριστολόγων. Illud est in Ciz.,  
 sed ita vt verba περὶ ἀρίστων λόγων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων  
 noui summarii speciem prae se ferant.

4) κατὰ τὴν πρώτην ἐπίδημίαν] Ita Ciz. In Arc. κατ' αὐ-  
 τοῦ ἐπίδ.

5) πρώτην] Hanc vocem addidi e Ciz.

- ιβ. Τίς ἢ περὶ φιλοσοφίας αὐτοῦ διάλεξις, καὶ ὅτι πρῶτος ἑαυτὸν φιλόσοφον ἐπωνόμασεν, καὶ <sup>6)</sup>διὰ τίνα αἰτίαν.
- ιγ. Ὅτι καὶ εἰς τὰ θηρία διατείνουσεν καὶ τὰ ἄλογα ζῶα τὴν <sup>7)</sup>διὰ λόγου παιδευτικὴν δύναμιν εἶχε Πυθαγόρας, καὶ τούτων τεκμήρια πλείονα.
- ιδ. Ὅτι ἀρχὴν ἐποιεῖτο τῆς παιδείσεως τὴν ἀνάμνησιν τῶν προτέρων βίων· ὡς αἱ ψυχαὶ πρότερον διεβίωσαν, πρὶν εἰς τὰ σώματα ἀφικέσθαι, ἐν οἷς τότε ἐνοικοῦσαι ἐτίγχανον.
- ιε. Τίς ἢ δι' αἰσθησεως πρώτη εἰς παιδεῖαν ἀγωγή παρ' αὐτῶ, καὶ πῶς ἐπηρορθοῦτα τὰς ψυχὰς τῶν προσομιλούντων διὰ μουσικῆς, καὶ πῶς ταύτην αὐτὸς τὴν ἐπανόρθωσιν τελείαν εἶχε.
- ις. Τίς ἢ καθαρτικὴ παρ' αὐτῶ ἀσκησις, ἣν καὶ αὐτὸς ὦν ἤσκειτο, τίς τε τελειότερα <sup>8)</sup>αὐτῆς φιλοσοφίας ἐπιτήδευσις ἦν, καὶ αὐτὴ προπαρασκευάζουσα εἰς φιλοσοφίαν ἐπιτηδείους.
- ιζ. Πῶς τὴν δοκιμασίαν ἐποιεῖτο τῶν πρώτως προσιόντων ἐταίρων ὁ Πυθαγόρας, καὶ τίνας ἐποιεῖτο πείρας αὐτῶν τοῦ τρόπου πρὸ τῆς <sup>9)</sup>εἰς φιλοσοφίαν εἰσαγωγῆς.
- ιη. Εἰς πόσα γένη καὶ πῶς διεῖλε τοὺς ὁμιλητας

6) διὰ τίνα αἰτίαν ] Ita Ciz. sed Arc. διὰ τίνας αἰτίας.

7) διὰ λόγου ] Ita Ciz. In ed. Arc. διὰ λόγων.

8) αὐτῆς φιλοσοφίας ] Ita Ciz. In Arc. αὐτῆς φιλίας.

9) εἰς φιλοσοφίαν ] Ita Arc. In Ciz. φιλοσοφίας.

ἑαυτοῦ ὁ Πυθαγόρας, καὶ διὰ τίνας αἰτίας αὐτοὺς διέκρινεν.

εθ. 10) Ὅτι πολλὰς ὁδοὺς Πυθαγόρας ἀνεῦρε τῆς ὠφελίμου παιδείσεως τῶν ἀνθρώπων, ἐν ᾧ λέγεται καὶ ἡ Ἀβάριδος πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ συνουσία, πῶς τε αὐτὸν ἤγαγεν εἰς τὴν ἀκροτάτην σοφίαν καθ' ἑτέρας ὁδοὺς παιδείας.

κ. Τίνα τὰ ἴδια ἀσκήματα τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, καὶ πῶς αὐτὰ παρεδίδου Πυθαγόρας, καὶ 11) πῶς ἐγύμναζε τοὺς αἰε μεταλαμβάνοντας τῆς φιλοσοφίας.

κα. Περὶ ἐπιτηδευμάτων, οἷα κατεστήσατο Πυθαγόρας, καὶ δι' ὅλης ἡμέρας παρέδωκε τοῖς ἐταίροις ἐπιμελῶς πράττειν, καὶ παραγγέλματα τινα τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁμολογούμενα.

κβ. Τίς ὁ τρόπος τῆς παιδείας ὁ διὰ τῶν Πυθαγορικῶν ἀποφάσεων, καὶ τῶν εἰς τὸν βίον καὶ τὰς ἀνθρωπίνους ὑπολήψεις διατεινουσῶν.

κγ. Τίς ἡ διὰ συμβόλων προτροπὴ εἰς φιλοσοφίαν καὶ ἀπόρρητος δογμάτων ἔμφασις καὶ ἀποκεκρυμμένη μόνοις τοῖς εἰδόσι 12) παιδείαν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πυθαγόρου κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν καὶ τῶν ἀρχαιοτάτων παρ' Ἑλλήσι θεολόγων συνήθειαν.

κδ. Τίνων 13) ἀπείχετο βρωμάτων καθόλου

10) Ὅτι πολλὰς κ. τ. λ.] Haec in Ciz. cum summario praecedenti cohaerent.

11) πῶς] Hanc voculam addidi e Cd. Ciz.

12) παιδείαν] In Ciz. παιδίαν, παραδόθη. Deinceps ibidem defunt articuli τοῦ et τῶν.

13) ἀπείχετο] In Ciz. ἀπήχετο βρωμάτων.

Πυθαγόρας, καὶ τίνων τοῖς ἑταίροις ἀπέχεσθαι <sup>14)</sup> παρήγγελλε, καὶ πῶς ἄλλους καὶ ἄλλους νόμους ἐνομοθέτησε περὶ τούτου κατὰ τοὺς οἰκείους βίους ἐκάστοις, καὶ διὰ τίνων αἰτίας.

κε. Πῶς καὶ διὰ μουσικῆς καὶ μελῶν ἐπαίδευε τοὺς ἀνθρώπους κατὰ καιροῦς τε ὠρισμένους, <sup>15)</sup> καὶ ὅτι μάλιστα παρηνάχλει αὐτοῖς τὰ πάθη, <sup>16)</sup> τίνων τε καθάρσεις νόσων ψυχῆς τε καὶ σώματος δι' αὐτῆς ἐποιεῖτο, καὶ πῶς αὐτὰς ἐπετήθευε.

κη. Πῶς τὴν εὐρεσίαν ἐποίησατο Πυθαγόρας, καὶ ἀπὸ ποίας μεθόδου ἁρμονίας τε καὶ τῶν ἁρμονικῶν λόγων, καὶ πῶς παρέδωκε τοῖς ἐπηκόοις πᾶσαν τὴν περὶ τούτων ἐπιστήμην.

κς. "Ὅσα πολιτικὰ καὶ κοινωφελῆ ἀγαθὰ παρέδωκε τοῖς ἀνθρώποις δι' ἔργων καὶ λόγων καὶ διὰ τῆς τῶν πολιτειῶν καταστάσεως καὶ τῆς τῶν νόμων θέσεως δι' ἄλλων τε πολλῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτός τε καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ.

κη. "Ὅσα θεῖα καὶ θαυμαστὰ ἔργα διεπράξατο, καὶ ὅσα ἀνήκει εἰς εὐσέβειαν, καὶ διὰ τῆς τῶν θεῶν εὐμενείας τὴν μεγίστην παρέχεται.

14) παρήγγελλε] Ita Arg. In Ciz. παρήγγειλε. Ex cod. Cd. post ἄλλους inserui νόμους. Ultimum vocabulum αἰτίας ibidem deest.

15) καὶ ὅτι] In Ciz. καὶ ὅτι. Deinceps παρηνάχλει.

16) τίνων τε] Ita Ciz. In Arg. deest τε. Idem Ciz. ἐπετήθευε.



εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν, ἃ καὶ κατεπέμφθη  
εἰς τὸ θνητὸν γένος διὰ Πυθαγόρου.

κθ. Περὶ τῆς Πυθαγόρου σοφίας, τίς τε ἦν,  
καὶ καθ' ὅσα γένη καὶ εἶδη διήρητο, ὅπως  
τε ἀπὸ τῶν πρώτων μέχρι τῶν τελευταίων  
γνωριστικῶν δυνάμεων τὴν ὀρθότητα καὶ  
ἀκρίβειαν κατώρθωσε καὶ τοῖς ἀνθρώποις  
παρέδωκε.

λ. Περὶ δικαιοσύνης, ὅσα τοῖς ἀνθρώποις εἰς  
αὐτὴν συνεβάλλετο Πυθαγόρας, καὶ ὡς ἀνω-  
θεν ἀπὸ τῶν ἄκρων αὐτῆς γενῶν μέχρι τῶν  
τελευταίων εἰδῶν ἐπετήδευσεν αὐτὴν καὶ πα-  
ρέδωκε τοῖς ἅπασιν.

λα. Περὶ σωφροσύνης, ὅπως αὐτὴν ἐπετήδευσε  
Πυθαγόρας καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς ἀνθρώ-  
πους διὰ λόγων τε καὶ ἔργων καὶ πάσης κτί-  
σεως, πόσα τε αὐτῆς εἶδη, καὶ τίνα κατεστή-  
σατο ἐν τοῖς ἀνθρώποις.

λβ. Περὶ ἀνδρείας ὅσα καὶ οἷα παραγγέλματα  
Πυθαγόρας παρέδωκεν εἰς ἀνθρώπους, ἀ-  
σκήματά τε ὅσα καὶ ἔργα γενναῖα τὰ <sup>17)</sup> μὲν  
αὐτὸς διεπράξατο, τὰ δὲ καὶ τοὺς χρωμένους  
αὐτῷ ἐποίησε διαπράξασθαι.

λγ. Περὶ φιλίας οἷα τε ἦν καὶ ὅση <sup>18)</sup> παρὰ Πυ-  
θαγόρα αὐτῆ, καὶ ὅπως εἰς πάντας αὐτὴν διέ-  
τεινε, πόσα τε αὐτῆς εἶδη κατεστήσατο, καὶ

17) μὲν ] In Ciz. μετὰ.

18) παρὰ Πυθαγόρα ] Ita Arg. In Ciz. παρὰ Πυθαγόρου  
(forl. παρὰ Πυθαγορείοις). Pro οἷα erat οἷα in Arg.  
et Ciz.

τίνα ἔργα σύμφωνα τοῖς ἐπιτηδεύμασιν οἱ Πυθαγόρειοι διεπράξαντο.

λδ. Σποράδην <sup>19)</sup> τινὲς ἀφηγήσεις περὶ ὧν εἶπε καὶ ἔπραξε Πυθαγόρας αὐτὸς ἢ οἱ διαδεξάμενοι αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν, <sup>20)</sup> ὅσαι οὐκ εἴρηνται εἰς τὴν τεταγμένην κατὰ ἀρετὰς περὶ αὐτοῦ διήγησιν.

λε. Τίς ἢ ἐπανάστασις κατὰ τῶν Πυθαγορείων ἐγένετο, καὶ ποῦ ὄντος Πυθαγόρου, καὶ διὰ τίνας αἰτίας ἐπέθεντο αὐτοῖς οἱ τυραννικοὶ καὶ ἀλιτήριοι ἄνδρες.

λς. Περὶ τῆς διαδοχῆς τοῦ Πυθαγόρου καὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν παραλαβόντων παρ' αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν.

19) τινὲς] In Arc. τίνες.

20) ὅσαι] Addidi e Ciz.

(1) ἸΑΜΒΛΙΧΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΤΗΣ ΚΟΙΛΗΣ  
ΣΥΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ΒΙΟΥ  
ΛΟΓΟΣ. \*)

Κ Ε Φ. α.

Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἵ) ὄρμηθ' θεὸν δή-

\*) Ἰαμβλίχου — λόγος. ] Haec est huius libri epigrapha in Codice Cizensi, paulum diuersa illa tum ab ea, quae exhibetur in edit. Arcerii: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς κοίλης Συρίας περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου καὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἰρέσεως. λόγος πρῶτος. tum ab ea, quae in edit. Kusteri: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου λόγος. *Kiess.* Liber hic de Vita Pythagorae primus est ex quatuor illis, quos Iamblichus de Secta Pythagorica scripserat. Reliqui tres sunt, *Προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν*, editus ab Arcerio una cum Vita hac Pythagorae: *Περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης*, editus a Samuele Tennulio: *Περὶ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης*, qui nondum lucem adspexit. (Iam editus est e Cod. Marciano a Villoisono in *Anecd. Gr. Vol. II. p. 188. sqq. Kiess.*) Clare hoc docet codex MS. Bibliothecae Reg. Paris. in quo quatuor opuscula modo laudata continentur. Is enim talem praefert titulum: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἰρέσεως λόγοι. α. Περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου. β. Προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν. γ. Περὶ τῆς κοινῆς Μαθηματικῆς ἐπιστήμης. δ. Περὶ τῆς Νικομάχου Ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης καὶ περὶ Γεωμετρίας καὶ περὶ Μουσικῆς τῆς παρὰ Πυθαγορείους. Hinc apparet, quare Sopater, vel Marcellinus in Hermogenem p. 383. Edit. Ald. historiam de adolescente quodam comessabundo referens, quae in Vita hac Pythagorae cap. XXV. extat, Iamblichum Nostrum laudet ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἰρέσεως. Nimirum, titulus περὶ τῆς Πυθαγορείου (vel Πυθαγορικῆς) αἰρέσεως erat generalis, qui quatuor libellos ante dictos ambitu suo complectebatur. Nos hic

---

LAMBLICHI CHALCIDENSIS EX COELE-SYRIA  
DE PYTHAGORICA VITA LIBER.

C A P. I.

Quum omnibus cordatioribus quidem, qui

primum tantum damus: quem mox, ut spero, sequetur *Προτρεπτικός εἰς φιλοσοφίαν*, ab amicissimo eodemque eruditissimo Ioanne Alberto Fabricio, qui de re literaria tam praeclare meretur, in lucem edendus. (Vid. praefation. nostr. Protreptici edit. p. 8. sq. *Kie ss.*) Notandum autem est, librum hunc inscribi *περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου*, quod non simpliciter valet *de Vita Pythagorae*; sed de ratione vitae, quam Pythagoras eiusque sectatores ad exemplum magistri sui instituerunt. Sciendum enim est, Iamblichum in hoc libello non solum vitam Pythagorae, sed etiam sectatorum eius mores et instituta describere. *Kust.* Priora quinque capita usque ad sect. 30., censente *Meinersio* in libro: *Gesch. d. Wiss. in Griechl. u. Rom.* Vol. I. p. 273. sq. sumta sunt ex Apollonio Tyaneo. Hunc enim locum omnem vnus esse auctoris, ut patet ex orationis aequalitate, narrationisque perpetuitate, ita Apollonium esse hunc auctorem, intelligitur tum ex Apollonii fragmento, quod in Porphyrio (sect. 2.) legitur et ab Iamblichio (sect. 4. 5.) repetitur, tum ex eo, quod, quae in hoc fragmento traduntur, cum iis Philostrati locis conueniunt, quae partim demonstrant, quid Apollonius de Pythagorae vita et philosophia senserit, partim momenta enumerant, in quibus ille huius similis esse voluerit. Quid? quod ne prima quidem et secunda paragraphi sunt Iamblichi, sed Apollonii, et quidem libri, quem de Pythagorae vita scripserat, prooemium. Id cognoscitur non solum e pietate, quam oratio prodit, e precibus, deorum invocatione, sed

που παρακαλεῖν ἔθος<sup>2)</sup> ἅπασι τοῖς γέ δώφροσιν·  
 ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ θεοῦ Πυθαγόρου δικαίως ἐπι-  
 νύμῳ νομιζομένη πολὺ δῆπου μᾶλλον ἀρμόττει  
 τοῦτο ποιεῖν. Ἐκ θεῶν γὰρ αὐτῆς παραδοθεί-  
 (2) σης<sup>3)</sup> τὸ καταρχάς, οὐκ ἔνεστιν ἄλλως ἢ δια  
 τῶν<sup>4)</sup> θεῶν ἀντιλαμβάνεσθαι. <sup>5)</sup> πρὸς γὰρ

etiam inde, quod auctor declarat, se sibi Pythagoram,  
 parentem philosophiae diuinae, pro exemplo esse pro-  
 positurum; denique ex eo, quod tum conqueritur,  
 difficilem esse rerum Pythagorae peruestigationem, tum  
 profitetur, ex longo inde tempore philosophiam Pytha-  
 goricam neglectam iacuisse. Quorum nihil Iamblichus  
 quidem dicere potuit, quum iam ex tribus saeculis de-  
 nuo philosophi exstitissent, quos ipse Pythagoreorum  
 nomine dignos censeret, quorumque libros legeret, et  
 quum idem omnia scripta Pythagoreis vulgo tributa pro  
 genuinis haberet. Haec Meinersius, quibus adde, quae  
 idem vir doctus in eodem libro p. 238. sqq. monuit, ad  
 quae pertinet hoc Wyttenbachii iudicium in Bibl.  
 crit. Vol. II. P. VIII. p. 120. sq. „Locos illos apud  
 „Porphyr. et Iambl. e libro Apollonij Tyanei esse, su-  
 „spicatus iam erat Ionsius, III, 5, 4: quem secutus vi-  
 „detur Fabric. B. G. T. I. p. 492, nec tamen repetiit  
 „sententiam suo loco T. IV. p. 60. Sed hoc totum no-  
 „bis minime persuadent rationes a Viro Cl. allatae.  
 „Eum simpliciter *Apollonium* vocari, nihil efficit pro  
 „sententia Viri Cl. potius contra eum valet. Nam si  
 „Tyaneus foret, aliquam eius rei mentionem fecissent  
 „Porphyrus et Iamblichus: aut certe eius auctorida-  
 „tem prae reliquorum auctoritate extulissent, et plura  
 „ex eo libro attulissent. Nunc *Apollonius* vocatur, vt  
 „vnus e reliquis. Apuleius Tyaneum simpliciter *Apol-*  
 „*lonium* nominare poterat, vt in recenti eius memoria  
 „et enumeratione Magorum. Porro ratio et oratio illo-  
 „rum locorum apud Porphyr. et Iamblichum habet  
 „simplicitatem, elegantiam, doctrinam, nec notas fana-  
 „tici ingenii, quo Tyaneus censetur: nisi forte de Py-  
 „thagorae e monte Carmelo descensu et nauigatione:  
 „quae tamen eiusmodi sunt, vt ab alio quouis non im-

de qualicunque philosophia tractaturi sunt, in more positum sit, ut a dei invocatione initium capiant; tum vel maxime in illa id facere par est, quam diuini Pythagorae cognomine censi iure meritoque obtinuit. Etenim quum origo eius a diis promanarit, nefas fuerit eam aliter quam ipsorum ope atque auxilio capere. Adeo enim et

prudente non contemnendo Platonico dici potuerint.

„Quid? quod eos reprehendit, qui Pythagoram matre

ex Apolline conceptum prodiderant: ap. Lambl. 7.

„Τρανήν Viam Pythagorae unus memorat Suidas:

„cuius error forte inde ortus est, quod Δόξας Πυθαγόρου

„ap. Philostrat. VIII, 19, cum Vita Pythagorae ab alio

„Apollonio scripta constetit. Ceterum Apollonius δ' Μῦς,

„quem e Strabone memorat V. Cl., longe alius et ab

„hoc loco alienus est.“

1) ὄρη] Ita recte Ciz., et vel sine hac auctoritate pro ὄρης, quem casum dant edd. Arc. et Kust., dativus reponendus erat, quum deinceps haec legantur: ἐπὶ δὲ τῇ—νομιζομένη, omnisque locus expressus sit ad hunc Platonis in Τιμαίῳ p. 301. Bip. ἀλλ', ἢ Σάκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες εἶσι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ πᾶσιν ὄρη καὶ μικροῦ καὶ μεγάλου πρόγματος θεῶν αἰὲ πον κλιθεῖν. Vocabul. ὄρη sequente genitivo est prima operis aggressio. Kieß.

2) ἅπασιν] In Ciz. ἅπασιν, et deinceps ἐπὶ pro ἐπὶ. Kieß.

3) τὸ καταρχῆς] Ciz., καταρχῆς Pat., τὸ κατ' ἀρχῆς edd. Arc. et Kust. Kieß.

4) θεῶν] Haec vox ex prior Edit. exciderat, quam ex MS. revocavimus. Kust. Reinesius in Cd. Ciz. verba διὰ τῶν punctis notavit, et margini adscripsit: δι' αὐτῶν, sc. θεῶν. Kieß.

5) πρὸς γὰρ τοῦτα] Syntaxis et sensus requirent, ut

τούτο καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς καὶ τὸ μέγεθος  
 6) ὑπεραίρει τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, ὥστε ἐξαι-  
 ρνης αὐτὴν [μὴ] κατιδεῖν· ἀλλὰ μόνον ἂν τις  
 τῶν θεῶν ἐύμενῶς 7) ἐξηγουμένων κατὰ βραχὺ  
 8) προσῶν ἡρέμα ἂν αὐτῆς παρασπύσασθαι τι  
 2 θνηθείη. Διὰ πάντα δὴ οὖν ταῦτα παρακαλέ-  
 σαντες τοὺς θεοὺς ἡγεμόνας καὶ ἐπιτρέψαντες  
 αὐτοῖς ἑαυτοὺς 9) καὶ τὸν λόγον ἐκώμαθα· ἢ ἔν-  
 τάττωσιν, οὐδὲν ὑπολογιζόμενοι, τὸ πολὺν ἤδη  
 χρόνον ἡμελῆσθαι τὴν αἴρεσιν ταύτην, καὶ το  
 μαθήμασιν ἀπεξενωμένοις καὶ τισιν ἀπορρήτοις  
 συμβόλοις ἐπικεκρῦσθαι, ψεύδοσι τε καὶ νό-  
 δοις συγγράμμασιν ἐπισκιάζεσθαι, ἀλλὰς τε  
 πολλαῖς τοιαύταις δυσκαλίαις παραποδίζεσθαι.  
 ἔξαρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἢ τῶν θεῶν βουλήσις, μεθ'  
 ἧς καὶ τὰ ταύτων ἔτι ἀπορώτερα δυνατόν ὑπο-

legatur. πρὸς τοῦτο, vel πρὸς τοῦτοις, i. e. praeterea.  
 Deinde seribe ὥστε ἐξαιρνης αὐτὴν μὴ κατιδεῖν. quem sen-  
 sum Interpres etiam ob oculos habuit. Κικστ. Lectio  
 πρὸς τοῦτο, quam etiam Ciz. tuetur, non est mutanda,  
 quum πρὸς τοῦτο vel πρὸς τοῦτοις omnem orationis con-  
 sequentiam peruerteret. Vocula enim γὰρ, quae osten-  
 dit, ea quae sequuntur, continere causam, quomobrem  
 in hac explicanda philosophia deorum auxilio opus sit,  
 hoc quidem loco conciliari non potest cum lectione  
 πρὸς τοῦτοις. Omnia autem bene cohaerent, si πρὸς  
 τοῦτο veritas adeo, ut idem valeat, quod eis τοσοῦτο  
 quae significatio, minus quidem visitata, genio tamen  
 linguae non aduersatur. Atque ad hanc rationem  
 Obrechtii interpretationem mutavi. Quod autem Ku-  
 sterus censet, excaidisse μὴ, in eo neminem non habe-  
 bit consentientem. Sed quum incertum sit, quo loco  
 hoc μὴ sit ponendum, vncis id inclusum contextis inse-  
 xendum curavi. Κικστ. s.

pulchritudine sua et maiestate humani ingenii captum superat, ut vno statim intuitu eam complecti nequeat; sed tum demum paulatim inde aliquid decerpere quis possit, si quieto animo beneuolum deorum ductum sequens ad eam aggrediatur. Quapropter et nos diis ducibus coepto aduocatis nosmetipsos pariter et stilum permittamus, quacunque iusserint, secuturi; neque scrupulum nobis iniiciet, quod iam diu neglecta iacuerit haec secta, peregrinis quippe disciplinis et arcanis quibusdam symbolis inuoluta, quodque etiamnum supposititiis atque adulterinis scriptis obfuscetur, multisque aliis id genus difficultatibus obsepiatur. Abunde enim nobis praesidii est in deorum voluntate, qua propitia multo his etiam ma-

6) ὑπερβαρεῖ ] Cum edd. Arc. et Kust. Cd. Ciz., at Cd. Par. ἑπαλαρεῖ. Μόνον Kust. e Cd. Par., μόνως Ciz. cum Arc.; quae forma ut hic non admittenda, ita vocabulis modum, quo quid fit, significantibus, ut οὕτω μόνως, addenda est. *Kiess.*

7) ἐξηγουμένων ] Sic recte MS. Male antea ἐξηγοιμένων. Refertur enim ad Θεῶν. Kust. Etiam Ciz. ἐξηγουμένων. *Kiess.*

8) προσιών ] Obrecht. vertit: si in ea progrediatur, quasi legerit προσιών. quod huic loco, qui requirit notionem accedendi ad philosophiam, ut particulae inde decerpantur, adversatur. Phrasis autem παρασιώσασθαι τι, auellere, demere aliquid, opponitur alteri, ἐξαιρήνης αὐτὴν κατεῖν, in qua, ut in Platon. Soph. 16., κατεῖν significat penitus perspicere. *Kiess.*

9) ἑαυτοῦς ] De prima persona: vid. ad Protrept. p. 28. et Perizon. ad Aelian. V. H. lib. I. 22. Προ ἑαυτοῦς



μένειν. μετὰ δὲ θεοῦ ἡγεμόνα<sup>10)</sup> ἑαυτῶν  
προσθησόμεθα τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τῆς  
θείας φιλοσοφίας, μικρὸν γε ἄνωθεν προλα-  
βόντες περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ καὶ τῆς πα-  
τρίδος.

(3)

Κ. Ε. Φ. Β.

3 - Αἰγεται δὴ οὖν, Ἀρκαδίον, τὸν κατοική-  
σαντα τὴν Σάμον τὴν ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ; γε-  
γεννησθαι<sup>1)</sup> μὲν ἀπὸ Διός, εἴτε δι' ἀρετὴν,  
εἴτε διὰ φυχῆς τι μέγεθος ταύτην τὴν φήμη  
αὐτοῦ ἀπενεγκαμένον· φρονήσει δὲ καὶ δόξῃ  
τῶν ἄλλων Κεφαλλήνων<sup>2)</sup> διαφέρειν. Τούτῳ  
δὲ γενέσθαι χρησιμὸν παρὰ τῆς Πυθίας<sup>3)</sup>; θνη-  
τάγαγεῖν ἀποκτίσιν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ ἐκ  
τῆς Ἀρκαδίας καὶ ἐκ τῆς Θετταλίας, καὶ προς-  
λαβεῖν ἐποίκους παρὰ τε τῶν Ἀθηναίων καὶ  
παρὰ τῶν Ἐπιδαυρίων<sup>4)</sup> καὶ παρὰ τῶν Χαλκι-

τωμένοις quin ἐπεξηνωμένοις legendum sit, vix dubium  
esse potest. Qui enim ἀπαξενούσθαι significare possit  
peregre aduenire? K i e s s.

- 10) ἡγεμόνα] Arc. Kust., ἡγεμόνας Ciz. vitio librarii, qui  
ipse syllabae as superscripsit α. At ex eodem Ciz. re-  
posuimus προσθησόμεθα pro προσθησόμεθα, quod in edd.  
Arc. et Kust. legitur. Pro μικρὸν γε, quod tuentur edd.  
Arc. et Kust., in Ciz. est μικρὸν τι, quo paene adducor,  
vt scribendum censeam μικρὸν τι, vt hic sensus existat:  
postquam rem altius repetendo pauca quaedam de eius  
stirpe et patria praemisimus. Nam vsus loquendi po-  
tius postulat προλαμβάνειν τι περὶ τινος quam προλαμβάν-  
ειν περὶ τινος. Ceterum μικρὸν ἄνωθεν et apud alios  
scriptores legitur, vt apud Sext. Empir. p. 500. ad  
quem locum vid; Fabric., et apud ipsam Iamblich. cap.  
26. sect. 415. K i e s s.

gis ardua sustinere pronum fuerit. Secundum deos autem ipsum etiam diuinæ huius philosophiæ principem parentemque nobis ducem præficiemus: de cuius maioribus atque patria paulo altius quaedam repetemus.

## C A P. II.

Ancaeum igitur, Sami, quæ in Cephallenia sita est, incolam, Ioue natum esse ferunt, siue virtute, siue animi magnitudine hanc sibi famam pepererit; prudentia vero nominisque gloria inter cæteros Cephallenæos facile principem fuisse. Traditur autem, hunc a Pythia oraculo monitum, vt contractis e Cephallenia, Arcadia et Thessalia colonis, accitisque ex Attica, Epidauro et Chalcide demigrationis sociis, coloniam

1) γεγενῆσθαι] Kust., γενῆσθαι Arc., γεγενῆσθαι Ciz. Idem Ciz. deinceps pro altero εἶτε habet ἤτε, quod vitium ibidem paulo inferius recurrit. Idem denique επεγεκαμένον et φρόνησι. De re narrata conf. Tiedemannii liber: *Griechenlands erste Philosophen*, p. 218. sq. qui vir doctus et ipse hunc omnem locum vindicat Apollonio Tyaneo. *Kiess*.

2) Κεφαλλήγων] Ita recte cum Arc. edit. Cd. Ciz., nisi quod hic per simplex λ, quemadmodum et infra κεφαλήριαν de qua duplici nominis scribendi ratione vid. Cellar. Not. orb. ant. p. 1240. Add. Tzschucke ad Strab. lib. XIV. Tom. V. p. 522. Vitiose Kusteri edit. Κεφαλληνίων, quum incolæ appellentur Κεφαλλῆρες. *Kiess*.

3) Πυθίας] Kust. et Arc., Πυθιας Ciz. *Kiess*.

4) καὶ παρὰ τῶν Ἐπιδαυρίων] Haec verba, quæ in edd. Arc. et Kust. leguntur, in Ciz. desunt. *Kiess*.

δέων, καὶ τούτων ἀπάντων ἡγούμενον οἰκίσαι  
 νῆσον τὴν δι' ἀρετὴν τοῦ ἐδάφους καὶ τῆς  
 γῆς Μελάμφυλλον <sup>5)</sup> καλουμένην, προσαγορεύ-  
 σαι τε τὴν πόλιν Σάμον ἀντὶ τῆς Σάμης <sup>6)</sup> τῆς  
 4 ἐν Κεφαλληνίᾳ. Τὸν μὲν οὖν χρησμόν συνέβη  
 γενέσθαι τοιοῦτον·

<sup>2</sup> Ἀγκαῖ <sup>7)</sup>, εἰναλλαν νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης οὐ  
 Οἰκίξιν κέλομαι· Φυλλὰς δ' ὀνομάζεται αὕτη.

Τοῦ δὲ τὰς ἀποικίας ἐκ τῶν τόπων τῶν προει-  
 ρημένων συνελθεῖν σημεῖόν ἐστιν οὐ μόνον αἰ  
 (4) τῶν θεῶν τιμαὶ καὶ θυσίαι, διότι μετηγμέναι  
 τυγχάνουσι ἐκ τῶν τόπων, ὅθεν τὰ πλήρη  
 τῶν ἀνδρῶν συνῆλθεν· ἀλλὰ καὶ <sup>8)</sup> τῶν συγ-

5) Μελάμφυλλον] Prior Edit. minus recte Μελάμφυλον·  
 quod etiam ante notauerat Luc. Holsten. ad Step-  
 hanum Byzant. v. Σάμος. Kust. Etiam in Ciz. Με-  
 λάμφυλλον. Kiess.

6) Σάμης] Scribe Σάμης (pro Σαμίης, quod post Arce-  
 rium Kusterus in textu reliquerat. In Ciz. est Σάμης.  
 Kiess.), vt recte in oraculo, quod statim subiungit-  
 tur. Vide etiam Geographos veteres, apud quos ite-  
 dem urbem hanc Σάμην appellatam fuisse legas. Kust.  
 Pro προσαγορεύσαι, quod recte legitur apud Kust., in  
 Ciz. est, vt in edit. Arc., προσαγορεύουσι. Deinceps Ciz.  
 τὴν ἐν κεφαλληνίαν. Kiess.

7) Ἀγκαῖ] In Ciz. Ἀγκαῖς et οἰκίξαι. Ad φυλλὰς Rei-  
 nesius notauit: Φυλλίς, Hes. Kiess.

8) τῶν συγγ. καὶ τ. μ. ἄλλ. συν.] Nihil praecessit, ad  
 quod genitiui hi referri possint. Quare ne dubites  
 scribere casu recto, αἰ συγγέναι, καὶ αἰ μετ' ἀλλήλων  
 συνέδοι· quam lectionem doctus etiam Interpres in  
 versione sua expressit. Kust. I. C. Schwarzius in  
 emendationibus, quae insertae sunt supplementis Acto-  
 rum Eruditor. tom. VIII. sect. VIII. p. 356 — 361.  
 hunc locum sic emendatum dedit: ἀλλὰ καὶ αἰ τῶν  
 συγγενῶν κ. τ. λ. quam scripturam ita interpretatur:

ad inhabitandam insulam deduceret, quae a soli terraeque bonitate Melamphyllos appellabatur, urbemque a se conditam pro Same Cephalleniae Samum nominaret. Oraculum ipsum huiusmodi fuit:

Linque Samen, Ancaee, Samum sed conde: profundo  
Insula cincta mari est antiquo nomine Phyllas.

Coloniam autem ex dictis locis adunatam fuisse, non tantum deorum cultus et sacra ex iis regionibus vna cum demigrantibus translata, verum, etiam cognatae familiae, so-

*Colonos autem ex iis, quae dixi, Iosis conuenisse, ostendunt honores et sacra non modo deorum (propterea quod vna cum ipsa hominum, qui confluerunt, multitudine importata sunt), sed etiam familiarum et nuptiarum, quas inter se celebrant. Scilicet sua quaeque gens sacra et deos in insulam Samum intulerat, et suos quaeque gens honores, quos primo in coloniae confluxu habuerat, itemque cognationis propagandae iura et sacra obtinebat. Haec colonorum Samiorum ratio ex Romanae ciuitatis rationibus intelligi poterit. Romam qui primis temporibus confluerant, ii, quia ex variis gentibus erant, etiam sacris discerni cum volebant tum solebant. Neque familiae patriciae cum plebeiis coniungi confundique cupiebant. Hinc primo varietas illa extitit curiarum, tum contentiones de communicandis coniugiis consecutae sunt, quum plebis inualuisset auctoritas et superbia. Eundem igitur in modum discriminari volebant et discriminabantur Samii, qui olim ex variis gentibus collecti fuerant et in ciuitatem vnam coaluerant. Haec Schwarzzius, qui vellem citasset loca, vbi *σύνοδοι* sic simpliciter appellentur coniugia. Illos genitiuos τῶν συγγενειῶν et τῶν συνόδων etiam Ciz. tuetur. Nihilo tamen secius, parte emendationis Schwarzzii retenta, locum sic scribendum censeo: ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν συγγενειῶν αὐτῶν μετ' ἀλλήλων σύνοδοι. quae verba intelligi possunt de*

γενειῶν καὶ τῶν μετ' ἀλλήλων συνόδων, ἃς ποιοῦμενοι οἱ Σάμιοι τυγχάνουσι. φασὶ τοίνυν, 9) Μνήμαρχον καὶ Πυθαίδα, τοὺς Πυθαγόραν γεννήσαντας, ἐκ ταύτης εἶναι τῆς <sup>10)</sup> οἰκίας καὶ τῆς συγγενείας τῆς ἀπ' Ἀγκαίου γεγεννημένης, τοῦ ἀποικίαν στείλαντος. Ταύτης δὲ τῆς εὐγενείας λεγομένης παρὰ τοῖς πολίταις ποιητῆς τις τῶν παρὰ τοῖς Σαμίσις γεγεννημένων Ἀπόλλωνος αὐτὸν εἶναι φησι, λέγων οὕτως·

Πυθαγόραν ἴ, ὃν τίχτε Διὶ φίλῳ Ἀπόλλωνι  
Πυθαίς, ἣ κάλλος πλείστον ἔχεν Σαμίων.

Ὅπόθεν δὲ ὁ λόγος οὗτος ἐπεκράτησεν, ἄξιον διελθεῖν. Μνημάρχῳ τούτῳ τῷ Σαμίῳ <sup>11)</sup> κατ' ἐμπορίαν ἐν Δελφοῖς γενομένῳ μετὰ τῆς γυναικὸς ἀδήλως ἔτι κούσης προεῖπεν ἡ Πυθαία

familiarum ad unam stirpem pertinentium solennibus conueniētib; quos ad communis originis memoriam identidem recolendam celebrarent. Quod pro συνόδοι, id feci hac quoque ratione ductus, quod librarii saepius in locis, ubi plura substantiua aliud alio casu efferenda erant, si alterius casum e structurae lege recte posuissent, etiam alterius vel plurium substantiuorum casum eundem perperam ponerent: cuiusmodi negligentiae debetur ὀσμῆς initio huius libri. — Pro μετηγμέναι Ciz. μετιγμέναι. *Kie ss.*

- 9) Μνήμαρχον] Paulo post hoc ipso capite pater Pythagorae rectius dicitur Μνήσαρχος (utrobique Ciz. consentit. *Kie ss.*), prout etiam vocatur a Porphyrio in *Vit. Pyth.*, Laertio et aliis. *Kust.* De diuersis patris Pythagorae nominibus conf. Tiedemann. l. c. p. 215. sqq. Etiam alter Pythagorae filius apud Iamblichum sect. 265. secundum Arc. edit., cui Ciz. accedit, Μνήμαρχος (nam in *Kust.* edit. ibi quoque Μνήσαρχος legitur) vocatur: quam nominis scripturam

Iennesque Samiorum festiuitates indicio sunt. Ex huius igitur Ancaei, qui coloniae conditor fuit, domo et cognatione Mnesarchum et Pythaida, Pythagorae parentes, descendisse aiunt. Hac autem inter populares iactata generis nobilitate, quidam poeta Samius Apollinis eum filium facit, ita canens:

Pythais e Samiis peperit pulcherrima cunctis  
Pythagoram Clario, qui Ioui amicus erat.

Vnde vero sermo iste in vulgus dimanarit, relatu non indignum est. Huic Mnesarcho Samio ad mercaturam Delphos cum vxore, nondum manifeste grauida, profecto prae-

non spernendam esse iudicat Bentl. in opusc. philol., p. 188. ed. Lips., quum Festus v. Aemil. narret, fuisse Pythagorae filium nomine *Mamercum*; quod formatum videri e Dorico *Μνάμαρχος*. — Mihi quidem verum patris Pythagorae nomen fuisse videtur doricum *Μνάμαρχος*, pro quo alii, qui doricam dialecto non vterentur, aut *Μνήμαρχος* aut *Μνήσαρχος* dicebant. Sunt enim haec non diuersa nomina, sed diuersae vnus nominis formae. Ceterum nominibus a Tiedemanno collectis adde *Μνησαρχίδης*, quo eum vocauit Philostratus de V. A. L. VIII. p. 333. Conf. Koen. ad Greg. Cor. p. 290. ed. Schaef. *Kiess.*

10) οἰκίας] In Ciz. οἰκείας, ibidem paulo post γεννημένης, Arc. γεγεννημένης. Tum Ciz. στήλαντες. Pro οἰκίας series orationis videtur postulare ἀποικίας et saepe a librariis vocabula capite sunt truncata. *Kiess.*

11) κατ' ἐμπορίαν] Polyb. III, 23. εἰς Σικελίαν — κατ' ἐμπορίαν πλεῖν Ῥωμαίοις ἔξεισι. — Tum Ciz. γενομένων μετὰ τοῖς. *Kiess.*

χρωμένῳ περὶ τοῦ εἰς Συρίαν πλοῦ, τὸν μὲν  
 θυμηρόστατον ἔξεσθαι καὶ ἐπικερδῆ, τὴν δὲ  
 γυναῖκα κύειν τε ἤδη καὶ τέξεσθαι παῖδας  
 12) τῶν πάποτε κάλλει καὶ σοφίᾳ διοίοντα καὶ  
 (5) τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει μέγιστον ὄφελος εἰς σύμ-  
 6 παντα τὸν βίαν ἐσόμενον. Ὁ δὲ Μνήμαρχος  
 συλλογισάμενος, ὅτι οὐκ ἂν μὴ πυθαγόρου  
 αὐτῷ ἔχρησέ τι 13) περὶ τοῦ τέκνου ὁ θεός, εἰ  
 μὴ ἐξαίρετον πρότερον ἔμελλε περὶ αὐτὸν  
 καὶ θεοδώρητον ὡς ἀληθῶς ἔξεσθαι, τότε μὲν  
 εὐθύς ἀντὶ Παρθενίδος τὴν γυναῖκα Πυθαΐδα  
 μετανόμασεν ἀπὸ τοῦ γόνου καὶ τῆς προφήτι-  
 7 ρος· ἐν δὲ Σιδόνι, τῆς Φοινίκης ἀποτεκούσης  
 αὐτῆς, τὸν γενόμενον υἱὸν Πυθαγόραν προ-  
 ηγόρευσεν, ὅτι ἄρα ὑπὸ τοῦ Πυθίου προηγο-  
 ρεύθη αὐτῷ. παραιτητέα γὰρ 14) Ἐπιμενίδης

12) τῶν πάποτε] Sic recte ad marginem codicis Spanhemiani vix doctus emendauerat. Ante enim male legebatur, τὸν πάποτε. Kust. Etiam Ciz. τῶν. Idem paulo post εἰς σύμπαντα, vbi Kust. cum Arc. habet εἰς σ. Kiess.

13) περὶ τοῦ τέκνου ὁ θεός] Kust., περὶ τέκνον ὁ θ.

Arc., περὶ τέκνω θεός Ciz. Idem mox θεοδώρητον atque πυθαΐδαν μετανόμασεν. Kiess.

14) Ἐπιμενίδης] Epimenidem et Xenocratem Meinersius l. c. p. 188. in indice scriptorum ante Aristotelem, qui non nisi obiter de secta Pythagorica mentionem fecerunt, omisit. Eudoxum autem p. 293. auctoritatem Strabonis (p. 778. 827. 842. ed. Almelov.) secutus credulitatis et negligentiae accusat. Cui Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 110. ita respondet: „Eudoxi auctoritatem ita leuibus ra-

dixit Pythia, cum responsum de navigatione in Syriam peteret, hanc quidem ad votum lucrosamque fore, vxorem vero iam praegnantem filium parituram, qui omnium, quotquot vnquam vixerunt, pulchritudine et sapientia praestantissimus foret, et humano generi ad omnem vitae rationem quam maxime profuturus esset. Hinc Mnesarchus colligebat, se non interrogantem responsum de filio a deo non accepturum fuisse, nisi singularis illi praecellentia et dona animi plane diuina essent affutura. Et vxorem quidem statim mutato Parthenidis nomine a filio vateque Delphica Pythaidem, ipsumque infantem mox Sidone in Phoenicia natum Pythagoram appellauit, a Pythio scilicet eum sibi praedictum esse significans. Non enim audiendi sunt Epi-

„tiunculis repudiari, mirum nobis accidit. Nam  
 „Strabo et aliis multis locis summam ei tribuit au-  
 „ctoritatem, nec eum credulitatis et negligentiae ac-  
 „cusat iis locis, quos Vir Cl. notauit: qui loci nil  
 „habent, quod cum reliqua Strabonis de Eudoxo  
 „existimatione conciliari nequeat. Porro apud Iam-  
 „blichum V. P. 7. ponitur in iis, qui Pythagorae  
 „patrem fecerunt Apollinem: apud Porphyrium 7.  
 „prodidit, Pythagoram non solum abstinuisse anima-  
 „lium esu, sed ne venatoribus quidem et coquis, id  
 „est *laniis*, appropinquasse. Prioris loci, si certa  
 „est fides, haec est sententia, vt hoc Eudoxus non  
 „e suo iudicio, sed ex opinione vulgari referat.  
 „Posterior nil habet absurdi. Sed solet fere V. Cl.  
 „vna sententia condemnare scriptores, si quid prodid-  
 „derunt, quod ipse non probat.“ *Kiess.*



καὶ Εὐδοξος καὶ Ξενοκράτης, ὑπονοοῦντες, τῇ  
 Παρθενίδι τότε μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω <sup>15)</sup> καὶ  
 κνούσης αὐτὴν ἐκ μὴ οὔτως ἐχούσης καταστή-  
 σαι τε καὶ προαγγεῖλαι διὰ τῆς προφήτιδος.  
 8 τοῦτο μὲν οὖν οὐδαμῶς <sup>16)</sup> δεῖ προσέειθαι. Τὸ  
 μέντοι τὴν Πυθαγόρου ψυχὴν <sup>17)</sup> ἀπὸ τῆς Ἀπόλ-  
 λωνος ἡγεμονίας οὐσαν εἴτε συνοπαδὸν εἴτε καὶ  
 ἄλλως οἰκειότερον ἔτι πρὸς τὸν θεὸν τοῦτον  
 συντεταγμένην καταπεπέμφθαι εἰς ἀνθρώπους,  
 οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε τεκμαιρόμενος αὐτῇ  
 τε τῇ γενέσει ταύτῃ καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς ψυχῆς  
 αὐτοῦ τῇ παντοδαπῇ. καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως  
 9 τοσαῦτα. Ἐπεὶ δὲ <sup>18)</sup> ἀνεκομίσθη εἰς τὴν Σά-  
 (6) μων ἀπὸ τῆς Συρίας ὁ Μνήσαρχος μετὰ <sup>19)</sup> παμ-  
 πόλλου κέρδους καὶ βαθείας περιουσίας, ἱερὸν  
 ἐδείματο τῷ Ἀπόλλωνι, Πυθίῳ ἐπιγράψας,  
 τὸν τε παῖδα ποικίλοις παιδεύμασι καὶ ἀξιολο-  
 γοτάτοις ἐνέταξε, νῦν μὲν <sup>20)</sup> Κρεοφίλῳ, νῦν  
 δὲ Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ, νῦν δὲ σχεδὸν ἅπασι

15) καὶ κνούσης αὐτὴν ἐκ μὴ οὔτ.] Desid. Heraldus  
 in *Animadvers.* in Iamblichum nostrum rectè legendum  
 monuit, καὶ κνούσην (voluit κνούσαν. Etiam in Ciz.  
 est κνούσης. *Kiess.*) αὐτὴν etc. i. e. *eamque gravidam*  
*ex non gravida fecisse.* Arcerius quamvis et in Ms.  
 suo ἐκ μὴ scriptum reperisset, tamen in textu repo-  
 suerat, εἰ μὴ, sensu omnino repugnante. *Kust.*

16) δεῖ προσέειθαι] Hoc δεῖ, quod etiam *Iac. Loga-*  
*nus* in *Miscellaneous* observat. crit. nov. in *Auctor. ve-*  
*teres et recentiores* in annum *CIΘICCCXII.* Tom. I. p.  
 93. supplendum esse viderat, recepi e *Cd. Ciz. Kiess.*

17) ἀπὸ τῆς Ἀπόλ. ἡγεμονίας οὐσ.] Formula dicendi  
 ἀπὸ ἡγεμονίας τινὸς εἶναι, ab aliquo duci, in rarioribus

menides, Eudoxus et Xenocrates, qui suspicantur, tum temporis Apollinem cum Parthenide congressum grauidam ex non grauida fecisse et per Pythiam pronuntiasse, id enim nullatenus admittendum est. Caeterum nemini, qui quidem ex ipsa viri natiuitate et multiplici animi sapientia coniecturam fecerit, dubium erit, quin anima Pythagorae Apollinis subdita imperio, vel perpetim eiusdem dei assécla, vel alio proximiori commercio eidem coniuncta, ad homines delapsa sit. et haec hactenus dicta sint de eius procreatione. Pater vero e Syria cum magnis opibus, quas ex lucro nauigationis illius cumulauerat, Samum rediit Apollini templum cum Pythii inscriptione exstruxit, puerumque variis et optimis disciplinis innutriendum Creophilo, Pherocydi Syrio, omnibusque fere sacrorum

est. — Paulo post *καταπεπέφθαι* Ciz., *καταπέπομφεν* Par. *Kiess.*

18) *ἀνεκομισθή]* Sic rectius Ms. (cum Ciz. *Kiess.*) quam prior Editio, quae habebat *ἀπεκομισθή.* *Kust.*

19) *παμπόλλου]* In Ciz. *παμπόλου.* Ibidem *ἐδείματο* recte pro *ἐδήματο*, quod legitur in edd. Arc. et *Kust.* Paulo post pro *Πυθίου*, quod cum Arc. et *Kust.* tuetur Ciz., e Par. reposui *Πυθίω.* *Kiess.*

20) *Κρεοφίλω]* Par. etiam hic *Κρεοφύλω*, vt paulo post Ciz. cum ed. *Kust.* De Creophilo temere in Pythagorae magistris numerato cf. Tiedemann. l. c. p. 223; *Kiess.*

τοῖς <sup>21)</sup> τῶν ἱερῶν προῖσταμένοις παραβάλλον  
 αὐτὸν καὶ ἐγχειρίζων, <sup>22)</sup> ὡς ἂν καὶ τὰ θεῖα  
 κατὰ δύναμιν αὐτάρκως ἐνδιδεαχθῆι. ὁ δὲ ἀνε-  
 τρέφετο εὐμορφότατός τε τῶν πρόποτε ἱστορη-  
 10 θέντων καὶ θεοπροπέστατος εὐτυχηθεῖς. ἀπο-  
 θανόντος τε τοῦ πατρὸς σεμνότατος εὐφροσέ-  
 στατός τε ἠϋζάνετο, κομιδῇ τε νέος ἔτι ὑπάρ-  
 χων ἐκτροπῆς πάσης καὶ αἰδοῦς ἠξιούτο <sup>23)</sup> ἤδη  
 καὶ ὑπὸ τῶν πρεσβυτάτων, ὁφθεῖς τε καὶ  
 φθρευξάμενος <sup>24)</sup> ἐπέστρεφε πάντας, καὶ ὠτι-  
 νιοῦν προσβλέψας θανμαστὸς ἐφαίνετο, ὥστε  
 ὑπὸ τῶν πολλῶν εἰκότως βεβαιουῦσθαι, τὸ θεοῦ  
 παῖδα αὐτὸν εἶναι. ὁ δὲ ἐπιρῶωννύμενος καὶ ὑπὸ  
 τῶν τοιούτων δοξῶν καὶ ὑπὸ τῆς ἐκ θρόνου  
 παιδείας καὶ ὑπὸ τῆς φυσικῆς θεοειδείας, ἔτι  
 (7) μᾶλλον ἑαυτὸν <sup>25)</sup> κατέτεσσεν ἄξιον τῶν πα-

21) τῶν ἱερῶν προῖστ.] Ita recte ed. Kust. et Ciz. Antea male τὸ ἱερῶν προῖστ. Kiess.

22) ὡς ἂν καὶ τὰ θεῖα κ. τ. λ.] Ita insignem huius loci lacunam supplet Ciz. In Par. desunt verba κατὰ δύναμιν, et in Arg. ed. καὶ τὰ θεῖα κατὰ δύναμιν αὐτάρκως ἐνδιδεαχθῆι. ὁ δὲ ἀνετρέφετο. Deinceps Ciz. εὐμορφότατος, quemadmodum etiam in comparatio huius adiectivi nonnunquam peccatum est. v. Schaeff. Mel. crit. p. 9. sq. Kiess.

23) ἤδη καὶ] Male Kusterus post ἤδη interpunxerat commate, quod non melius post πρεσβυτάτων omiserat: nam verba ὑπὸ τῶν πρεσβυτάτων coniungenda sunt cum ἠξιούτο. Obrectus loci sententiam recte cepit. Kiess.

24) ἐπέστρεφε] Prior Editio ἐπέστρεφε (ita etiam Ciz. in quo Reinesius super φ̄ scripsit π̄. Kiess.), et προσβλέψας (etiam Ciz. Kiess.) et θανμαστῶς. quorum lo-

praefectis dedit commendauitque, vt in rebus diuinis etiam pro virili sua satis proficeret. Ille vero ita educatus est, vt nulli cuiuscunque aetatis aut memoriae forma secundus, deoque quam dignissimus feliciter euaderet. Patre dein mortuo nihil sibi ad summam grauitatem temperantiamque fecit reliquum, vt adolescentem natu admodum grandes honorifice reuerenterque colerent; imo visus modo auditusque in se cunctos conuertebat, et quoscunque adspexerat, sui statim admiratione implebat. Hinc euenit, vt multi eum dei filium esse merito asseuerarent. Tanta igitur gloria coniuncta cum studiis a puerili aetate cultis, diuina formae naturalis dignitate fretus magis magisque praesentibus bonis dignum se ostendit. Or-

co ἐπέστρεψε et προσβλέψας et θαυμασιός vel absque Mstorum auctoritate reponendum esse, quis dubitet? *Kust.*

- 25) κατέτασεν] Antea κατέστασεν corrupte. Hic praesentia quidem lectionem Codicis Paris. (quam etiam Ciz. exhibet. *Kiess.*), sed nec sic oratio recte procedit. Quare, sensu exigente, scribendum erit, ἔτι μᾶλλον ἑαυτὸν ἄξιον τ. παρ. προτερημάτων ἀπέφαινε omissa voce κατέτασεν, quae quomodo locum hic habere possit, non video. *Kust.* Magis probanda est ratio a Keenio proposita ad Gregor. Cor. p. 34. ed. Schaeff.: „De ellipsi vocis ἡμέρα omnia peruulgata sunt. Quod in Iamblichō de V. Pyth. p. 7. „coniectando assecutus fueram, ἔτι μᾶλλον ἑαυτὸν καθ' ἑκάστην ἄξιον τῶν παρόντων προτερημάτων ἀποφαίνων, „pro κατέτασεν, vel κατέστασεν, monuit me Cl. Valckenarius margini Ms. Fraequerani quoque adscri-

ρόντων προτερημάτων ἀποφαίνων, καὶ διεκό-  
σμι θρησκείαις τε καὶ μαθήμασι καὶ διαίταις  
ἐξαιρέτοις, εὐσταθεία τε ψυχῆς <sup>26)</sup> καὶ κατα-  
στολῇ σώματος, ὧν τε ἐλάλει ἢ ἔπραττεν, εὐδία  
καὶ ἀμιμῆτῳ τινὶ γαλήνῃ, μήτε ὀργῇ ποτὲ  
μήτε γέλωτι μήτε ζήλῳ μήτε φιλονεικία μήτε  
ἄλλη ταραχῇ ἢ προπτεία ἀλισκόμενος, <sup>27)</sup> ὡς  
δὴ δαίμων τις ἀγαθὸς ἐπιδημῶν τῇ Σάμῳ.  
11 Διόπερ <sup>28)</sup> εἴτι ἐφήβου αὐτοῦ ὄντος πολλὴ δόξα

„ptum esse.“ At vel sic aut cum Kustero legendum  
est ἀπέφαινε, aut post ἀποφαίνων delendum καὶ. *Kiess.*

<sup>26)</sup> καὶ καταστολῇ] Sic Ms. Antea vero tantum legeba-  
tur καταστολῇ, vocula καὶ male ommissa. *Kust.* Rei-  
nesius in margine ed. Arc., καὶ στολῇ, i. e. στάσει,  
κινήσει. — Post σώματος colon sustuli, et post ἔπραττεν  
comma inserui, vt in Ciz. Etiam εὐδία et γαλήνη pen-  
dent ex διεκόσμι. *Kiess.*

<sup>27)</sup> ὡς δὴ δαίμων τις ἀγαθὸς] Qui considerabit, Iam-  
blichum non solum fuisse gentilem, sed etiam Ethnicae  
religionis antistitem suo tempore primum, non mira-  
bitur, eum de Pythagora tam magnifice sensisse et  
scripsisse. Nimirum Pythagoram Christo opponere  
voluit, quod videret, religionem nostram nulla alia  
ratione magis subruī posse, quam si hominibus per-  
suaderet, extitisse etiam aliquos inter gentiles, qui  
Christum Dominum nostrum tam sanctitate vitae et  
doctrinae, quam miraculis non solum aequassent, sed  
etiam vicissent. Hoc autem Iamblichi fuisse proposi-  
tum, clarius patet ex iis, quae leguntur infra Num. 30.  
Ἄλλοι δὲ ἄλλον τῶν Ὀλυμπίων θεῶν ἐφήμιζον εἰς ὠφέλειαν  
καὶ ἐπανόρθωσιν τοῦ θνητοῦ βίου λέγοντες ἐν ἀνθρωπίνῃ  
μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας σωτήριον  
ἐνάσμα χαρίσθαι τῇ θνητῇ φύσει. i. e. Alii alium ex  
diis Olympicis (Pythagoram) ferebant, qui martalem  
vitam emendaturus eiusque commodis consulturus isti se-  
culo humana forma apparuerit, vt mortalibus beatitu-  
dinis et philosophiae salutare lumen donaret. Habes

nabant illum et religio et doctrina et peculiaris victus ratio, et animi firmitudo, corpusque ad modestiam compositum. In dictis factisque eius comparebat interna quies et inimitabilis tranquillitas: non irae, non risui, non aemulationi aut contentionis studio, aut alii perturbationi et proteruitate unquam vel tantillum indulsit, adeoque tanquam bonus quidam daemon in Samiorum vrbe peregrinabatur. Quapropter eius ad-

hic *Deum humana forma indutum*: quod cum Christiani de Seruatore suo recte praedicarent, Iamblichus id impie ad Pythagoram transtulit. Confer Nostrum infra Num. 92. vbi idem legas. Vti autem Iamblichus Pythagoram, ita Philostratus impostorem Apollonium Tyaneum ob diuinam, qua eum praeditum fingebat, virtutem vltra reliquorum hominum sortem longe euexit: de quo etiam Eunapius religioni nostrae infensissimus tam magnifice sensit, vt dixerit, Philostratum non debuisse opus suum inscribere, *Ἀπολλωνίου βίος*, sed *θεοῦ ἐς ἀνθρώπους ἐπιδημία*, i. e. *Dei ad homines aduentus*: ne acilicet Christo Deo nostro minor videretur. Locus ipse Eunapii exstat in Prooemio libri, quem scripsit de vitis Sophistarum. Adeo verum est, gentilium philosophos, praecipue qui expirante iam gentilismo vixerunt, ob eam, quam dixi, rationem impostores quosdam Seruatori nostro opponere conatos esse. *Kust.* De hac Kusteri opinione vid. Meiners. l. c. p. 258. sqq. Pro *ὡς δέ*, quodd antea legebatur, scripsi *ὡς δὴ*, re ipsa postulante. *Kiess.*

28) ἐτε] Haec vocula, quam habent edd. Arc. et Kust., deest in Ciz. Deinceps Kusterus in textu reliquit *πολλὴ δόξη*, pro quo in Ciz., vt in ed. Arc., est *πολλῆ δόξῃ*, quod non dubitavi mutare in *πολλὴ δόξα*, quum perquam incommode Pythagoras ipse diceretur multa *ἄλλα διακομισθεὶς* et *ἐκφοιτήσας*. Neque fauent

- (8) εἰς τε Μίλητον πρὸς Θαλήν, καὶ εἰς Πριήνην πρὸς Βίαντα διεκομίσθη τοὺς σοφούς, καὶ τὰς ἀστυγείτονας πόλεις ἐξεφοίτησε· καὶ <sup>29)</sup> τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην ἤδη ἐν παροιμία πολλοὶ πολ-  
λαχῶ τὸν νεανίαν ἐπευφημοῦντες ἐξεθείαζον καὶ διεθρούλλουν. ὑποφρομένης δὲ ἄρτι τῆς Πολυκράτους τυραννίδος περὶ <sup>30)</sup> ὀκτωκαιδέ-  
κατον μάλιστα ἔτος γεγονώς, προορώμενός τε εἰ χωρήσει, καὶ ὡς ἐμπόδιος ἔσται τῇ αὐτοῦ προὔξει καὶ τῇ ἀντὶ πάντων αὐτῷ σπουδαζο-  
μένη φιλομαθείᾳ, νύκτωρ λαθῶν πάντας μετὰ τοῦ Ἐρμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, <sup>31)</sup> Κρεο-  
φύλου δὲ ἐπικαλουμένου, ὃς ἐλέγετο Κρεοφύ-  
(9) λου ἀπόγονος εἶναι, <sup>32)</sup> Ὀμήρου ξένου τοῦ ποι-

datiuis genitiui ἐφήβου αὐτοῦ ὄντος, rationem autem a me praelatam commendant etiam ea, quae sect. 12. leguntur: ὅτι μείζων τε καὶ ὑπερβεβηκυῖα ἦν τὴν προφο-  
τήσασαν ἤδη δόξαν. — Tum Ciz. Θαλήν. Kiess.

- 29) τὸν ἐν Σάμῳ κομ.] Auctor Vaticanae Appendicis prouerbium hoc non ad Pythagoram Philosophum, sed ad Pythagoram pugilem Samium refert. Hesychius quoque, v. Ἐν Σάμῳ κομήτας, tradit, falli eos, qui prouerbium hoc de Pythagora philosopho intelligendum esse dicant. Eadem de re controuersia intercessit inter duos viros longe clarissimos et doctissimos, Richardum nempe Bentleium et Henr. Dodwellum; quorum ille in egregia sua Disserat. de Phalaridis Epistolis, p. 52. 53. (p. 179. ed. Lips. Kiess.) prouerbium hoc de Pythagora philosopho eodemque pugile intelligendum esse contendit: Dodwellus vero in Exercit. de aetate Pythag. Philosophi p. 153. et sqq. Pythagoram pugilem, ad quem prouerbium illud spectet, a Pythagora Magno siue philosopho distinguit. Nos nobis non sumimus, vt controuersiam illam inter viros

huc ephēbi insignis celebritas Miletum ad Thaletem, et Priēnem ad Biantem, viros sapientes delata, vrbes etiam circumiectas peragrabat: iamque multi de iuvene proverbium Samii comati passim diulgauerant, eumque sparsis in vulgus laudibus deum fecerant. Postea iam duodeuicesimum annum egressus, cum, quo tenderet tyrannis Polycratis tum primum subnascens, animo prospiceret, et inde aliquod impedimentum suo proposito descendique studio, cui vnice deditus erat, metueret, noctu clam omnibus cum Hermodamante, cui cognomen erat Creophili, eius scilicet nepote, qui olim Homeri poetæ hospes, amicus et in omni-

tam doctos agitatum decidamus. *Kust.* Conf. *Meiners.* p. 323. sqq. *Kiess.*

30) ὀκτωκιδέκατον] Conf. de hoc loco Bentl. in opusc. philol. p. 185. ed. Lips. et *Mahn*s in diatribe de Aristoxeno p. 26. repetita Lipsiae in Thesaur. crit. nov. Tom. I. — In Ciz. vt in ed. Arc. ὀκτώ και δέκατον. Paulo post e Cd. Ciz. retinui, quod etiam Arc. exhibet, τῇ αὐτοῦ προ τῇ αὐτοῦ, quod *Kust.* dedit. Tum ante ἀντι etiam in Ciz., vt in ed. Arc., τῇ, quod *Kust.* habet, deest. — Adverbium μάλιστα recte intellexit *Obrechtus*: vid. *Bastii* ep. crit. p. 37. ed. Lips. *Kiess.*

31) Κροσφύλου) Hunc alii rectius vocant Κροσφίλον, per ω et ι. Vide *Menag.* ad *Laert.* lib. VIII. num. 2. *Kust.*

32) Ὀμήρου ξένου] Haec corrupta sunt, nec vllam prorsus habent ἀκολουθίαν; quae proinde rectius sic legeris: ὅστις Ὀμήρου τοῦ ποιητοῦ ξένος γενέσθαι λέγεται, και φίλος, και διδάσκαλος, etc. ξένος hic sumitur pro eo, qui aliquem hospitio excipit; cuius significationis exempla



ητοῦ γενέσθαι φίλος καὶ διδάσκαλος τῶν ἀπάντων, μετὰ τούτου πρὸς τὸν Φερεκύδην διεπόρθμευσε καὶ πρὸς Ἀναξίμανδρον τὸν φυ-  
 12 σικὸν καὶ πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον. 33) καὶ παραγενόμενος πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἀνὰ μέρος οὕτως ὠμίλησεν, ὥστε πάντας αὐτὸν ἀγαπᾶν, καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ θαυμάζειν καὶ ποιεῖσθαι τῶν λόγων κοινωνόν. καὶ δὴ καὶ ὁ Θαλῆς ἄσμενος αὐτὸν προσήκατο, καὶ θαυμάσας τὴν 34) πρὸς ἄλλους νέους παραλλαγὴν, ὅτι μείζων τε καὶ ὑπερβεβηκυῖα ἦν τὴν 35) προφοιτήσασαν ἤδη δόξαν, μεταδούς τε ὅσον ἠδύνατο μαθημάτων, τὸ γῆράς τε τὸ ἑαυτοῦ αἰτιασάμενος καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν 36) προετρέψατο εἰς

apud alios etiam scriptores occurrunt, quamvis rarius. Suidas quidem clare testatur, ξένος etiam interdum sumi pro ξενοδόκος, quem vide. Homerum autem a Creophilo hospitio quondam exceptum fuisse, praeter alios (v. Platon. Rep. X. p. 350. ed. Ast. Kiess.) aperte tradit Strabó lib. XIV. (Tom. V. p. 526. ed. Tzsch.) Kust: In deprauata huius loci scriptura Ciz. plane consentit cum edd. Arc. et Kust. — Schwarzzius in Suppl. Act. Erud. locum sic emendat: νύκτωρ, λαθῶν πάντας, μετὰ τοῦ Ἑρμοδάμαντος μὲν τὸ ὄνομα, Κρεοφίλου δὲ ἐπικαλουμένου, ὅτι Κρεοφίλου ἀπόγονος ἦν, ὃς ἐλέγετο Ὀμήρου, τοῦ ποιητοῦ καὶ ξένου, γενέσθαι φίλος καὶ διδάσκαλος noctu clāni omnibus cum Hermodamante (hoc erat homini nomen, cognomen autem Creophili, quod a Creophili posteris erat eius, qui Homeri, poetae et hospitis, dicebatur amicus fuisse et doctor omnium rerum) cum hoc, inquam, ad Pherecydem tráiecit. Scilicet multa sunt vocabula loco suo mota in Auctore nostro, vt infra certissimis argumentis demonstrabimus. Haec Schwarzzius: in cuius tamen emendatione hoc offendit, quod infinitivus εἶναι prorsus neglectus est. Hinc locum ita scribere malim: διὰ τὸ Κρεοφίλου ἀπόγονον

bus praeceptor fuisse dicebatur, ad Pherecydem, ad Anaximandrum physicum, et denique Miletum ad Thaletem traiecit: cumque singulis horum alio atque alio tempore ita versatus est, ut omnes eum amarent et ingenium eius suspicerent, suaeque participem philosophiae redderent. Inprimis vero Thales, eo libenter in familiaritatem recepto, admiratus est, quod tanto intervallo post se alios iuvenes relinqueret, famamque de se proditam praesentia sua auget; communicisque, quantum potuit, disciplinis, et senectute corporisque imbecillitate excusata, ut in Aegyptum nauiga-

είναι, Ὁμήρου ξένου, ὃς ἐλέγχο τοῦ παητοῦ γενέσθαι φίλος, κ. τ. λ. *Kiess.*

33) καὶ παραγενόμενος] Hoc καὶ deest in Ciz. Paulo post e Ciz. recepi ἄσμενος pro ἀσμένως, quod Kustex. auctoritate MS. reposuerat pro ἄσμενον, quod est in ed. Arc. Etiam Schwarzius l. c. praefert ἄσμενος. Ita Iamblich. s. 14. οἵπερ ἄσμενοι ἐδέξαντο αὐτόν. *Kiess.*

34) πρὸς ἄλλους νέους] Ita recte Ciz. cum Arc. In Kust. edit. est πρὸς ἄλλους τοὺς νέους. *Kiess.*

35) προφητήσασαν] Sic potius, quam προσητήσασαν, quod prior Edit. habet, scribendum esse, quis non videt? MS. Regius habet, προφητήσασαν, ἢ pro οἱ posito, quod librariis solenne est. *Kust.* In Ciz. vero legitur προφητήσασαν. — Paulo post in Ciz. est μεταδούς τε ὄσον, in Arc. μεταδούς ὄσον, in Kust. μεταδού; ὄσων. Reposuimus ὄσον. *Kiess.*

36) προετρέψατο] In Ciz. προτέψατο. Formam Μέμφειδς pro Μέμφει, quae est in edd. Arc. et Kust., reposui e Ciz., in quo tamen, ut in ed. Arc., non Διοσπόλει, sed solum Διός legitur. Videtur diuisim scribendum esse Διός πόλει. Rittershusius p. 11. coniecit etiam Διοσπολίταις. *Kiess.*

Αἴγυπτον διαπλεῦσαι, καὶ τοῖς ἐν Μέμφιδι καὶ Λιόςπολει μάλιστα συμβάλλειν ἱερεῦσι· παρὰ γὰρ ἐκείνων καὶ ἑαυτὸν 37) ἐφοδιάσθαι ταῦτα, 38) δὲ ἅ σοφὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς νομίζεται. οὐ μὴν τοσοῦτων γε προτερημάτων οὔτε φυσικῶς οὔτε ὑπ' ἀσκίσεως 39) ἐπιτετυχηκέναι ἑαυτὸν ἔλεγεν, ὅσων τὸν Πυθαγόραν (10) 40) καθορᾶν. ὥστε ἐκ παντὸς εὐηγγελίζετο, εἰ τοῖς δηλονύμοις ἱερεῦσι συγγένοιτο, θειότατον αὐτὸν καὶ σοφώτατον ὑπὲρ ἅπαντας ἴσθαι ἀνθρώπους.

## Κ Ε Φ. γ'.

15 Ἰσφρηθελὺς οὖν παρὰ 1) Θάλασσαν τὰ τε ἄλλα

37) ἐφοδιάσθαι] Sic recte Ciz., in edd. Arc. et Kust. extat ἐφοδιώσασθαι. Sensus est: a quibus et se ipsum tanquam viatico instructum esse eo apparatu etc. Conf. Protrept. p. 348. ubi ἐφοδιαζομένη minus recte interpretatus sum. Vid. de hoc verbo A. Gell. XVII. 12. Kiess.

38) δὲ ἅ σοφὸς] MS. Regius habebat, δὲ ἄσοφος· pro quo δὲ ἅ σοφὸς (viti vere Ciz. Kiess.) rescribendum esse, sensus manifesto suadet. Arcerius, cum in codice MS. quo vsus est, διὰ scriptum inuenisset, eius loco διὸ in sua Editione infeliciter reposuit. Kust.

39) ἐπιτετυχηκέναι] Ita Kust. cum Arc. In Ciz. ἐπιτετυχέναι. Kiess.

40) καθορᾶν] Sic codex MS. At sensus et constructio potius requirunt καθιῶρα· quod etiam vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani notauerat. Kust. Infinitivum καθορᾶν optimi vsus esse, atque Romanos quoque huiusmodi constructionem Graecorum saepe imitando expressisse monuit Schwarzius, haec Ciceronis loca citans: ad Div. VI. 17. Nam sic habetó, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, aut

ret, et maxime sacerdotibus Memphiticis et Diospolitans se dederet, hortatus est. Nam se ipsum quoque ab illis ea collegisse praesidia, quae opinionem singularis sapientiae sibi peperissent: nec tamen se iis a natura et exercitatione dotibus fuisse praeditum; quantis abundare Pythagoram cerneret. Ideoque ex omnibus ei se hoc laetum iam praesagium denuntiare, quod sapientior reliquis mortalibus diuiniorque futurus esset, si cum istis sacerdotibus vitam ageret.

## C A P. III.

Praeter alia igitur plurimum quoque

*valent, coniunctiores tecum esse, quam me: necessitudine neminem.* Pro Ligario c. 1. *Habes igitur, Tubero, confitentem reum, sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum, patrem tuum.* Haec loca Ciceroniana a Schwarzio allata non omnino similia sunt Iamblicheo, in quo tamen infinitivus retinendus est: nam solet sic infinitivus sequi relatiua in oratione indirecta. Vid. Siebelis. ad Hellen. p. 126. Ita Iamblich. sect. 58. *ὄν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον.* sect. 206. *ἐφ' ὃ τὴν ψυχὴν οὐχ ὀρμῶν.* Huc etiam pertinent loca, ubi *ὄν* sine *διδότι* cum infinitiuo construitur, vt Diod. Sic. IV. 76. *διδότι τὰ κατασπενναζόμενα τῶν ἀγαλμάτων ὁμοιότατα τοῖς ἐμψύχοις ὑπάρχειν.* Conf. Append. ad epist. Bast. ad Boiss. p. 36. etc. Iustin. XI. 3. sub fin. *quod vel ex eo manifestari.* XI. 5. *quibus longa iam satis et matura imperia contigisse, quorumque tempus esse vices excipere melius acturos.* — Pro *ὄσων*, quod Kusterus recte dedit, in Ciz. vt in edit. Arc. est *ὄσων.* *Hiess.*

1) *θάλλω*] Kust. In Ciz. vt in Arc. *θάλλω*, vitiose. — *ὄνοποσις ἀποταξάμενος*, qui vinum valere iussit, qui se

καὶ χρόνου μάλιστα φείδεται, καὶ χάριν  
 τούτου οἰνοποσία τε καὶ κρεωφαγία, καὶ ἔτε  
 πρότερον πολυφαγία ἀποταξάμενος, τῇ δὲ τῶν  
 λεπτῶν καὶ εὐαναδότων ἐδωδῇ συμμετρηθεὶς,  
 καὶ τούτου ὀλιγοῦπνίαν καὶ <sup>2)</sup> ἐπαγρυπνίαν  
 καὶ ψυχῆς καθαρότητα κτησάμενος, ὑγίαν τε  
 ἀκριβεστάτην καὶ ἀπαρέγκλιτον τοῦ σώματος,  
 ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Σιδόνα, φύσει τε <sup>3)</sup> αὐτοῦ  
 πατρίδα πεπεισμένος εἶναι, καὶ καλῶς οἰόμε-  
 νος, ἐκεῖθεν αὐτῷ ῥάονα τὴν εἰς Αἴγυπτον  
<sup>14</sup> ἴσεσθαι διάβασιν. Ἐνταῦθα δὲ συμβαλὼν  
 (11) τοῖς τε <sup>4)</sup> Μώχου τοῦ φυσιολόγου προφήταις

*vini usu abdicavit.* Haec verbi ἀποτάσσεισθαι significa-  
 tio non reperitur in scriptoribus classicis, at superioribus  
 satis trita est. V. Steph. thes. T. 3. p. 1262. — Pro  
 κρεωφαγία, vt recte in edd. Kust. et Arc., in Ciz. est  
 κρεοφαγία. Deinceps Ciz. cum Kust. καὶ τούτου. Apud  
 Arc. legitur καὶ τούτου, quod iam Scaliger correxit.  
*Kiess.*

2) ἐπαγρυπνίαν] Ita recte Ciz. Verbum ἐπαγρυπνίαν e  
 Diod. Sic. 14, 68. Schneider in Lexico suo consigna-  
 vit. In edd. Arc. et Kust. legitur vox corrupta ἐπαγρίαν,  
 pro qua iam Arcer. et Scaliger ἀγρυπνίαν scribendum  
 esse censuerunt. Tum pro ὑγίαν, quod habet Kust.,  
 in Arc. et Ciz. est ὑγίαν. *Kiess.*

3) αὐτοῦ πατρίδα] Ita cum Arc. Ciz., αὐτοῦ Kust., qui  
 tamen paulo post in loco, cuius eadem est, quae huius  
 ratio, αὐτῷ ῥάονα non mutavit. *Kiess.*

4) Μώχου] *Mochi* reddit eruditus interpres. At Schef-  
 ferus *Philos. Italic.* c. V. bene monuit, scribendum hic  
 esse Μώσχου, et designari a Iamblichō antiquissimum  
 illum philosophum Sidonium, cuius Strabo et Sextus  
 Empir. mentionem faciunt. Verba Strabonis libro XVI.  
 haec sunt: *Εἰ δὲ δεῖ Προσιδωνίῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ*

sibi profuturam temporis praecipue parsimoniam a Thalete edoctus, et propterea vini carnisque usu omnique ingurgitatione abdicatis, intra tenues facilesque digestu cibos se continuit, et hinc somni modicus ac excitator, tum animae puritatem tum corporis exactissimam et inflexam sanitatem comparavit; atque ita Mileto Sidonem soluit, illam sibi natura patriam esse persuasus, et inde facile in Aegyptum transiturus. Ibi versatus cum prophetis, qui Mochi, naturae interpretis, posterii erant,

τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιόν ἐστίν, ἀνδρὸς Σιδονίου Μώσχου, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος· si vero Posidonio credendum est, antiquum de atomis dogma Moschi est, hominis Sidonii, qui ante Troiani belli tempus vixit. Sext. Empir. Δημόκριτος δὴ καὶ Ἐπίκουρος ἀτόμους ἔλεξαν στοιχεῖα· εἰ μὴ τι ἀρχαιοτέραν ταύτην θετεῖον τὴν δόξαν, καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ Στωϊκὸς Ποσειδώνιος, ἀπὸ Μώσχου τινὸς ἀνδρὸς Φοινίκος καταγομένην· Democritus et Epicurus atomos principia dixerunt: nisi haec opinio ponenda sit antiquior, et, ut Stoicus dicebat Posidonius, deducta a Moscho quodam Phoenice. Arcerius etiam quidem Μώσχου vel Μώσχου legendum esse coniecerat, sed nomine illo Mosen designari haud sane verisimiliter staturbat. Kust. Fabricius ad Sextum Empir. p. 621., pluribus veterum scriptorum de hoc philosopho Sidonio antiquissimo mentionem facientium locis allatis, affirmat, in horum omnium scriptorum emendationibus Codicibus constanter Μώχου, non Μόσχου vel Μώσχου nomen huius philosophi legi, nec dubitat, Μώχου vel Μόσχου, ut editi antea Sexti codices praeferebant, nomen ingestum ab iis, qui cum diuino scriptore Moyse eundem facere voluerunt. Add. Tzschucke ad Strab. Tom. VI. p. 340. et Posidonii Rhodii reliquiae doctrinae. Collegit Ian. Bake. p. 177. Kiess.

ἀπογόνοις καὶ 5) τοῖς ἄλλοις Φοινικικοῖς ἱεροφάνταις, καὶ πάσας τελεσθεῖς τελετὰς ἐν τῇ Βύβλῳ καὶ Τύρῳ καὶ κατὰ πολλὰ τῆς Συρίας μέρη 6) ἐξαιρέτως ἱερουργουμένας, καὶ οὐχὶ 7) δεισιδαιμονίας ἕνεκα τὸ τοιοῦτον ὑπομείνας, ὡς ἂν τις ἀπλῶς ὑπολάβοι· πολὺ δὲ μᾶλλον ἔρωτι καὶ ὀρέξει θεωρίας καὶ 8) εὐλαβείας τοῦ μὴ τι αὐτὸν τῶν ἀξιομαθῆτων διαλλάτῃ ἐν θεῶν ἀπορρήτοις ἢ τελεταῖς 9) φυλαττάμενας, προμαϊτῶν τε, ὅτι ἀποικα τρόπον τινὰ καὶ ἀπόγονα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν τὰ αὐτόθι ὑπάρχει, ἐκ τούτου τε ἐλπίσας καλλιόνων καὶ θειοτέρων καὶ ἀκραιφνῶν μεθ' ἑξῆς 10) μνημά-

5) καὶ τοῖς ἄλλοις Φοινικικοῖς] In Ciz. καὶ τοῖς ἄλλοις Φοινικοῖς, recte omisso altero καὶ post ἄλλοις, vbi àb Arc. et Kust. insertum sententiam turbat: hinc deleui. Pro Φοινικοῖς, quod cum Arc. et Kust. etiam Ciz. exhibet, malui cum Kustero Φοινικικοῖς scribere, quam aut cum Scalig. Φοινικίους, aut cum margine Rigalt. Φοινίως. Conf. Sturzii Hellanici fragm. p. 102. *Kiess.*

6) ἐξαιρέτως ἱερουργουμένας] Ita verissime Kusterus in Praefatione scripsit pro ἐξ αἰρέσεως ἱερουργουμένα, quod, vt in edd. Arc. et Kust., etiam in Ciz. extat. Kusteri interpretatio haec est: *inītia, quae praecipue et singulari quādam religione in multis Syriae partibus celebrabantur.* Ἐξαιρέτως et ἐξ αἰρέσεως eodem modo confusa sunt infra apud nostrum c. XXXVI, sect. 265. *Kiess.*

7) δεισιδαιμονίας] In Ciz. θνσιδαιμονίας, ὑπομνίας, πολλοί. Ibidem deinceps ὀρέξει, quod e MS. Regio reuocauit Kust., cuius loco antea male legebatur ὀρίσει. *Kiess.*

8) εὐλαβεία τοῦ μὴ τι] Ita Ciz., quam lectionem etiam Obrechtus expressit. In ed. Arc. εὐλαβείας τοῦ μὴ τι, in Kust. εὐλαβείας ἵνα μὴ τι. Deinceps pro solo verbo ἀξιομαθῆτων, quod habent Kust. et Arc., in Cd. Ciz.

et cum ceteris Phoeniciae hierophantis, cunctisque initiis Bybli et Tyri, ac iis, quae in multis Syriae partibus singulari modo celebrantur, sacrorum cerimonis initiatus est. Id quod non fecit superstitione inductus, ut quis simplicior suspicari possit, sed potius ex amore contemplationis, veritatisque, ne quid ipsum praeteriret, quod in deorum arcanis sacris mysteriisque sciri dignum observaretur. Cum autem iam antea Phoenicum sacra ab Aegyptiis coloniae sabbolisque instar propagata nosset, adeoque pulchriora magisque diuina et illibata in

haec leguntur: ἀξιοθρημάτων δι μαθημάτων. Pro διαλάθη in margine Rigalt. λαθοίη notatum est. Quum vocabulum ἀξιομάθητος admodum suspectum sit, omnem locum sic constituerim: εὐλαβεία τοῦ μὴ τῶν αὐτῶν τῶν ἀξιοθεάτων διαλάθη — φυλαττόμενα. Ambiguam tamen huius loci correctionem facit ambigua vocabuli εὐλαβεία significatio. Nam si εὐλάβεια est *reuerentia deorum*, tum cum genitiuo εὐλαβείας Schwarzii ratio, quam proxima nota attuli, praeferenda est. *Kiess.*

9) φυλαττόμενα] Imo φυλαττιομένων, ut constructio salua sit. Pendet enim a praecedenti ἀξιομαθῆτων. Et mox ὑπάρχει rescripsi pro ὑπάρχοντα, non solum sensu hoc exigente, sed etiam auctoritate codicis MS. *Kust.* Schwarzius suspicatur φυλαττιόμενος, locumque ita vertit: *neque superstitionis causa tale quiddam sustinens, sed potius amore et appetitione contemplationis et pietatis, cauens ne quid ipsum in arcanis deorum sacris aut mysteriis rerum scitu dignarum fugeret, iamque praesciens etc.* *Kiess.*

10) μνημάτων] Ita scribendum est pro μνημάτων. Mendum hoc iam ante etiam deprehenderat Anonymus in annotationibus, quas Arcerius *Castigationibus* suis in Iamblichi *Protrepticon* subiecit. *Kust.* in Praef.



των ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, <sup>11)</sup> ἀναχθεῖς κατὰ τὰς  
<sup>12)</sup> Θάλασσαν τοῦ διδασκάλου ὑποθήκας διεπορ-  
 θμεύθη ἀμελλητί ὑπὸ τινῶν Αἰγυπτίων πορ-  
 θμέων καιριώτατα προσορμισάντων τοῖς ὑπὸ  
 Κάρμηλον τὸ Φοινικικὸν ὄρος αἰγιαλοῖς· ἐν-  
 θα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας κατὰ τὸ  
 ἱερόν· οἵπερ ἄσμενοι ἐδέξαντο αὐτόν, τὴν τε  
<sup>13)</sup> ὄραν αὐτοῦ κερδήσαι, καὶ εἰ ἀποδοῖντο,  
 15 τὴν πολυτιμίαν προειδόμενοι. <sup>14)</sup> Ἐπεὶ μέντοι,  
 (12) κατὰ τὸν πλοῦν ἐγκρατῶς αὐτοῦ καὶ σεμνῶς,  
 ἀκολούθως τε τῇ συντρόφῳ ἐπιτηδεύσει <sup>15)</sup> δια-  
 τάττοντος, ἄμεινον περὶ αὐτοῦ διατεθέντες,

11) ἀναχθεῖς] Codex MS. ἀγασθεῖς pro voce nihili  
 ἀγαθεῖς, quae in priore Edit. reperitur. At nec ἀγα-  
 σθεῖς sensui loci huius conuenit: pro quo proinde ἀγαν  
 ἡσθεῖς lubens rescripserim. Sic enim sensus erit planus,  
 Pythagoram nempe valde laetum secundum Thaletis  
 magistri sui praeceptum in Aegyptum traiecisse. *Kust.*  
 Schwarzius ita de hoc loco: „Vox nihili ἀγασθεῖς ex  
 „ἀγισθεῖς vel ἀγνευθεῖς corrupta esse videtur. Nam  
 „quia paulo ante de mysteriis, quibus initiatus erat  
 „Pythagoras, sermo fuerat, belle exprobatum abesse in  
 „Aegyptum dicitur. Nam ἀγνεύσθαι et similia verba  
 „elegantia his in rebus fuisse cum aliunde tum ex  
 „Pollione constat. Diis autem consecratum proficisci  
 „laudis est et felicitatis haud exiguae. Atque hoc in  
 „Pythagora auctor noster praedicat.“ Etiam in Ciz.,  
 vt in ed. Arc., est ἀγαθεῖς· at in margine Rigalt. nota-  
 tum est ἀναχθεῖς, quod ad veram lectionem ἀναχθεῖς  
 deducit, quam auctori reddidimus. *Kiess.*

12) Θάλασσαν] In Ciz. Θαλέω. Tum pro ἀμελλητί in Ciz.  
 ἀμελλητητί, in Arc. ἀμελητί. Pro Φοινικικόν scripsi cum  
 Kusterō Φοινικικόν. *Kiess.*

13) ὄραν] Post hoc vocabulum videtur excidisse ἄγ.  
 Pro αὐτοῦ, quod sequitur, in Ciz. est αὐτοῦ τε. *Kiess.*

Aegypto sibi initia promitteret: Thaletis praeceptoris sui monita secutus, soluit et confestim e Phoenicia eo traiecit portitorum quorundam Aegyptiorum ope, qui ad litus Carmelo Phoenicum monti subiectum opportune appulerant: vbi nimirum Pythagoras saepe in templo solus versabatur. Eum nautae lubentes receperunt, ob formositatem eius lucrum pretiumque ingens, si venundarent, sibi augurati. Veruntamen, cum inter nauigandum animaduernerent, quanta cum continentia grauitateque pro vitae, cui insueuerat, conditione ageret,

14) Ἐπει μέντοι] Sequitur periodus vastae longitudinis, continuata vsque ad finem sectionis 16, in qua tamen praeter interpuncta, male a Kustero posita, pauca erant corrupta. Post ἐπει μέντοι, quae verba sunt vertenda *veruntamen*, posui comma; pro ἀναμνησθέντες e Cd. Par. scripsi ἀναμνησθέντες τε, quo hoc participium cum antecedentibus διατεθέντες et ἐνιδόντες coniungatur, vt cap. V. sect. 21. in simili periodo λογισάμενός τε; verba ἐνέβη, ἐκάθισεν, διέμεινε et κατέδαρθε pendent ex coniunctione ὡς post ἀναμνησθέντες; denique post βραχὺ punctum sustuli, et post θεοῦ colon posui. *Kiess.*

15) διατάττοντος] Nisi vox mendo laborat, subintelligendum est ἐαντῶν, idque vertendum, *cum se componeret*. Alias etiam non inepte legere possis διάγοντος. quam lectionem Obrechtus ob oculos habuisse videtur. *Kust. Schwarzius l. l. p. 358 sq. locum sic emendat: ἐπει μέντοι κατὰ τὸν πλοῦν ἐγκρατῶς αὐτοῦ καὶ σεμνῶς ἀκολούθως τε τῇ συντήρῳ ἐπιτηδεύσει ἐπιτηδεύσει, δηλατάττοντο, ἄμεινον περὶ αὐτοῦ διατεθέντες κ. τ. λ. Veruntamen quum in nauigando modeste ibi et decenter et consuetae virtuti conuenienter se gessisset, reconciliabatur ei et melius in eum erant animati. Verissimum*

καὶ μείζον τι ἢ κατ' ἀνθρώπινην φύσιν ἐνιδόν-  
 τεσ τῇ τοῦ παιδὸς εὐκοσμία, <sup>16)</sup> ἀναμνησθέντες  
 τε, ὡς προσορμίσασιν εὐθὺς αὐτοῖς ὄφθη κα-  
 τιῶν <sup>17)</sup> ἀπ' ἄκρου τοῦ Καρμηλοῦ λόφου,  
<sup>18)</sup> (ιερώτατον δὲ τῶν ἄλλων δρωῶν ἠπίσταντο  
 αὐτὸ καὶ τοῖς πολλοῖς ἄβαστον) σχολαίως τε  
 καὶ ἀνεπιστρεπτι βαινῶν, οὔτε κρημνάδους  
 τινος οὔτε <sup>19)</sup> δυσβάτου πέτρας ἐνισταμένης,

quidem est, quod addit Schwarzius, nimis saepe factum esse, ut vocabulorum geminandorum excideret alterum (cf. Schaefer. Mel. crit. p. 69. et Praef. ad Anacr. Carm. p. XII. sq. Wyttenbach. Bibl. crit. Vol. II. P. II. p. 65.), eius tamen ratio ut nostro loco minime probari potest, ita multo probabilius cum Kust. scribitur *διάγοντος. Kiess.*

16) ἀναμνησθέντες] Ne oratio sit ἀνακόλουθος, scribendum est ἀνεμνήσθησαν. Nullum enim aliud deinceps sequitur verbum, ad quod participia illa praecedentia, διατεθέντες, et ἐνιδόντες, referri possint. Kust. Non opus est hac correctione. Pro εὐκοσμίᾳ in Ciz. est εὐκοσμίαν. Kiess.

17) ἀπ' ἄκρου τοῦ Καρμηλοῦ λόφου] Hoc loco Iamblichus Carmelitae quidam abutuntur ad persuadendum aliis, Pythagoram etiam fuisse Carmelitam. Aiunt enim, ordinem suum ab ipso Elia, qui Pythagora utique antiquior fuit, institutum, a monachis siue eremitis in monte Carmelo degentibus continua successione per plura secula propagatum fuisse: cumque ordo iste sanctitatis fama celebris fuerit, Pythagoram ad montem Carmelum accessisse, ut sacris eius initiaretur. Sane, Philippus Tessiere Carmelita, annō 1612. Biteris in provincialis ordinis sui conventu, coram urbis eiusdem Episcopo, non dubitavit inter alias *Historiae Carmelitanae theologice propugnandae Theses* etiam hanc proponere: *Valde esse probabile, Pythagoram Philosophum etiam fuisse Carmelitam, sicut discipulos suos instituisse, ut vitam, conversatione, et vestitu discipulos*

iam aliter erga ipsum animati, et in pueri modestia aliquid homine maius notantes, memoriaque repetentes, vt ex insperato appellentibus apparuisset, cum a summo Carmeli vertice, quem prae aliis montibus sacrum vulgoque inaccessum nouerant, lento gradu et nunquam respiciens descenderet, nullo praecipitio, vel etiam inuio saxo eum

*Eliae omnino referrent.* Sed hanc sententiam nullo rationis nixam fundamento merito refellit Papebrochius in *Responsione ad R. P. Sebastianum a S. Paulo*, Part. II. Artic. XVI. vbi prolixè de hoc argumento agitur. *Kust.*

- 18) *ἱερώτατον δὲ τῶν ἄλλων ὄρ. ἦπ.]* Sic recte MS. Paris. In Editione vero Arcerii corrupte legitur, *ἱερω δὲ τῶ τῶν ἄλλων ὄρων ὀπίσταντο. αὐτὸ καὶ πολλοῖς ἄβατον.* *Kust.* Etiam in Ciz. ante *πολλοῖς* deest *τοῖς. Κίεσσ.*
- 19) *δυσβάτου]* Pessime antea legebatur *εὐρόατου*: pro quo *δυσβάτου* auctoritate codicis MS. reposui. *Kust.* Consentit Ciz. in *δυσβάτου*. At Schwarzius l. l. monet, particulas *οὐδὲ* esse disiunctivas, nomina autem *τοῦ κρημνώδους* et *τοῦ δυσβάτου* seiungi non posse, quia, quum de montibus dicantur, vnum idemque signent, si rem spectes. Nam praecipitia loca montium impedita esse ad eundem, et loca montium difficilia itu esse ea, quae praecipitium aliquod obiciant. Ergo vt disiunctio locum habere possit, hic vir doctus legere mauult *εὐβάτου*, hoc quidem modo: *οὐδὲ κρημνώδους τινός, οὐδὲ εὐβάτου πέτρας ἐπισταμένης, non obstantē nec praecipiti petra vlla, nec leui ac facili.* Vnde Schwarzius *οὐδὲ* adsciuerit, quum vbiuis legatur *αὐτῆς*, ignoro; sed eius *κρίσιν* inanem esse, in promptu est, quum omnia quidem *κρημνώδη* sint *δυσβάτα*, at non contra omnia *δυσβάτα* item *κρημνώδη*, neque *πέτρα εὐβάτος* obstat eunti. *Δυσβάτος* idem est quod *τραχύς*, quod cum *κρημνώδης* conianxit Herodian. VI, 5. 5. *τὰ τῆς χώρας ὄρη, τραχύτατά τε ὄντα καὶ κρημνώδηστατα.* *Κίεσσ.*

καὶ ἐπιστὰς τῷ ὁκάφει, μόνον τε ἐπιφθεγξά-  
 (13) μενος, <sup>20)</sup> εἰς Αἴγυπτον ὁ ἀπόπλους; κατανευ-  
 σάντων αὐτῶν, ἐνέβη καὶ σιωπῇ ἐκάθισεν, ἔν-  
 θα μάλιστα οὐκ ἔμελλεν αὐταῖς ἐμπόδιος ἔσε-  
 16 σθαι ναυτιλλομένοις παρ' ὄλον τὸν πλοῦν, ἐφ'  
 ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος διέμεινε δύο  
 νύκτας καὶ τρεῖς ἡμέρας μῆτε τροφῆς, μῆτε  
 ποτοῦ μετασχῶν, μῆτε ὕπνου, ὅτι εἰ μὴ λα-  
 θῶν ἅπαντας, ὡς εἶχεν ἐν τῇ ἐδραία καὶ ἀσα-  
 λεύτῳ ἐπιμονῇ κατέδαρθε βραχύ, <sup>21)</sup> καὶ ταῦ-  
 τα <sup>22)</sup> διηνεκοῦς καὶ σεσυρμένου παρὰ προσ-  
 δοκίαν, εὐδυτενοῦς τε συμβάντος αὐτοῖς τοῦ  
 πλοῦ, ὡδάν τινος παρουσία θεοῦ πάντα συν-  
 τιθέντες τὰ τοιαῦτα καὶ ἐπισυλλογιζόμενοι,  
 δαίμονα θεῖον ὡς ἀληθῶς ἐπέισθησαν. σὺν  
 αὐτοῖς ἀπὸ Συρίας εἰς Αἴγυπτον μετιέναι, καὶ  
 τὸν τε πρόσλοιπον εὐφημώτατον πλοῦν διεξί-  
 νυσαν, καὶ σεμνοτέροις, <sup>23)</sup> ἥπερ εἰώθεσαν,  
 ὀνόμασί τε καὶ πράγμασιν ἐχρήσαντο πρὸς τε  
 ἀλλήλους καὶ πρὸς αὐτὸν, μέχρι τῆς εὐτυχε-  
 στάτης συμβάσης αὐτοῖς καὶ ἀκυμάντου

20) εἰς Αἴγυπτον] Gisb. Cuper. Observat. lib. III. c. III.  
 p. 269. et Scaliger censent, legendum esse: εἰ εἰς Αἴ-  
 γυπτον. At facile earemus particula interrogatiua, quum  
 interrogatio, quae in his verbis inest, vocis modula-  
 tione satis indicaretur. *Kiess.*

21) καὶ ταῦτα] Puto excidisse μετὰ, vt legendum sit,  
 καὶ μετὰ ταῦτα. Sic enim sensus omnino erit planus.  
*Kust.* Nihil est addendum, neque audiendus Schwarz-  
 zius, καὶ ταῦτα interpretans *interea*, nisi scribere vo-  
 luerit *praeterea*. *Kiess.*

morante; utque, cum ad scapham venisset, nihil aliud dixisset, quam, *in Aegyptum cursus est?* et annuentibus ipsis nauem conscendisset, tacitusque toto navigationis tempore consedisset, ubi ministeriis nautarum nihil impedimenti esset allaturus, mansissetque in eodem habitu duas noctes tri-duumque integrum, non cibum, non potum, non somnum capiens, nisi forte cunctis non aduertentibus, uti erat in sede sua constanter compositus immotusque, paulisper dormitauisset, quumque adeo praeter expectationem continuo nec interrupto tractu rectus ipsis cursus esset, quasi deus aliquis praesens interuenisset: haec omnia inter se nautae comparantes concluderunt, daemonem vere diuinum secum in Aegyptum e Syria transire: vnde male ominatis verbis abstinentes, quod reliquum fuit navigationis, absoluerunt, et sermone factisque vsi sunt tum inter se, tum erga ipsum, honestioribus, quam solebant, donec feliciter per summam maris tranquillitatem ad

22) *διηκεοῦς*] Ita Kust., in ed. Arc. et Ciz. *διηκεῶς*. Pro *εὐθυτεροῦς* Heraldus coniecit *κατὰ νοῦν*, sine causa, recte censente Reinesio in margine Cod. Ciz. Paulo post Ciz. *συντεθέντες*. *Kiess.*

23) *ἤπερ*] In edd. Arc. et Kust. vitiose *ἔπερ*, in Ciz. *ἤπερ*. Notauit illud editionum vitium etiam Schwarzius. *Kiess.*

24) παρόδου εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἦονα τοῦ σκά-  
 17 φους προσοχῆς. Ἐνθα δὲ ἐκβαίνοντα 25) ὑπε-  
 (14) ρείδαντες σεβαστικῶς ἅπαντες καὶ διαδεξά-  
 μνοι 26) ἐκάθισαν ἐπὶ καθάρωτάτης ἄμμου,  
 καὶ αὐτοσχέδιον τινα βωμὸν πρὸ αὐτοῦ πλά-  
 σαντες, 27) ἐπικινήσαντες τε ὅσων εἶχον ἀκρο-  
 δρύων, οἷον ἀπαρχάς τινας κατακτιθέμενοι τοῦ  
 φόρτου μεθάρμισαν τὸ σκάφος, ὅπουπερ καὶ  
 πρόκειται αὐτοῖς ὁ πλοῦς. ὁ δὲ διὰ τοσὴνδε  
 αἰτίαν ἀτονώτερον τὸ σῶμα ἔχων οὔτε πρὸς  
 28) τὸν ἀποβιβασμὸν καὶ τὴν 29) τῶν ναυτῶν

24) παρόδου] Haec vox videtur loco suo mota esse et  
 ponenda post συμβάσης αὐτοῖς· vt totus locus sic lega-  
 tur: μέχρι τῆς εὐτυχεστάτης συμβάσης αὐτοῖς παρόδου καὶ  
 ἀνυμάντιον εἰς τὴν Αἰγυπτίαν, etc. Nisi enim sic statuas,  
 vox παρόδου omnino erit superuacanea, nec locum hic  
 habere poterit. Kust. Schwarzius locum sic emendat:  
 ὀνόμασι τε καὶ πράγμασιν ἐχρήσαντο πρὸς τε ἀλλήλους καὶ  
 πρὸς αὐτὸν, εὐτυχεστάτης συμβάσης αὐτοῖς καὶ ἀνυμάντιον  
 παρόδου μέχρι τῆς εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἦονα τοῦ σκάφους  
 προσοχῆς· et honestioribus quam consueuerant, et vocibus  
 et negotiis vti coeperunt cum inter se tum ad ipsum,  
 transitu eis prospero et tranquillo oblato, usque dum  
 nauicula ad littus Aegypti esset appulsa. Codex Ciz.  
 praebet πάροδον, quod disiungendum videtur in παρ  
 ὄδον, et intelligi potest aut per cursum, dum nauigabant:  
 aut praeter cursum, postquam cursum per mare peregre-  
 rant. Forsitan tamen huius loci vitium inest in προσοχῆς.  
 Nam quanquam προσέχειν saepius dicitur de nauium ap-  
 pulsione, substantiuum tamen προσοχή hac significatione  
 praeter hunc locum vix occurrit. Hoc si recte ponitur,  
 videri potest in προσοχῆς latere πρὸς ὄχθην, quibus ver-  
 bis e margine in textum translatis et deprauatis libra-  
 rius aliquis verba εἰς ἦονα explicauerit. Denique παρό-  
 δου interpretamentum esse potest substantiuū προσοχῆς  
 rariori significatione h. l. usurpati. Quae ratio omnium  
 maxime probabilis. Kiess.

littora Aegypti nauem applicuerunt. Ibi vero exscendentem alternis exceptum manibus honorifice naui extulerunt, et postquam illum in purissima arena collocassent, tumultuariam coram eo aram congesserunt, eaque fructibus arboreis pro praesenti copia cumulata, et mercis, quam vehebant, primitiis appositis, inde proVecti eum, quem antea destinauerant, portum petiuerunt. Ille vero tam longo ieiunio imbecillior nec cum e nauī a nautis exponeretur et suble-

25) ὑπερλείσαντες] Sic MS. (etiam Ciz. *Kiess.*), cuius loco antea minus recte legebatur ὑπολείσαντες. Ὑπερλείσαντες autem veram esse lectionem, vel ex iis patet, quae paulo post sequuntur, τὴν τῶν ναυτῶν ὑπερλείσαν, etc. *Kust.*

26) ἐκάθησαν] Ciz. ἐκάθησαν. *Kiess.*

27) ἐπιπνήσαντες] Est vox Lexicis ignota et mihi merito suspecta: pro qua proinde nullus dubitem rescribere, ἐπιπνήσαντες, i. e. cum accumulassent, ab ἐπιπνῶ vel ἐπιπνῆ, quae est vox nota et ab optimis quibusque scriptoribus tam in prosa quam ligata oratione vsurpata. Vide Suidam ἢ ἐπιπνήσαντες. *Kust.* Etiam Ciz. ἐπιπνήσαντες at in margine Cod. Spanhem. notatum est ἐπιπνήσαντες, vnde conicias, legendum esse ἐπιπνήσαντες ab ἐπιπνῆω. — Pro ὄσον Arc. habebat ὄσων, quod Scaliger correxit. — Ante οἶον in Ciz. vt in ed. Arc. deest καί. Deinceps Ciz. μεθώρησαν et ἀσιτία. *Kiess.*

28) τὸν ἀποβεβασμὸν] Substantiuum δ ἀποβεβασμός, quo lexica Stephani et Schneideri carent, idem significat, quod verbum τὸ ἀποβιβάζειν. *Kiess.*

29) τῶν ναυτῶν] Sic recte MS. At prior Editio τῶν ἀντῶν, nullo omnino sensu. *Kust.*



ὑπέρεισιν καὶ χειραγωγίαν <sup>30)</sup> ἠναντιώθη τότε, οὔτε ἀπαλλαγέντων ἀπέσχετο ἐπιπολὺ τῶν παρακειμένων ἀκροδρύων, ἀλλὰ ἐφαπαμένως χρησίμως αὐτῶν καὶ ὑποθρέψας τὴν δύναμιν, εἰς τὰς ἐγγύς <sup>31)</sup> διέσωσε συνοικίας, τὸ αὐτὸ ἦθος ἐν παντὶ ἀτάραχον καὶ ἐπιεικὲς διαφυλάττων.

K E Φ. δ.

18 <sup>1)</sup> Ἐκεῖθ' ἐν τε εἰς πάντα ἐφοίτησεν ἱερα  
(15) μετὰ πλείστης σπουδῆς καὶ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως, θαυμαζόμενός τε καὶ στεργόμενος ὑπὸ τῶν συγγενόμενων ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ ἐκδιδασκόμενος ἐπιμελέστατα περὶ ἐκάστου, οὐ παραλείπων οὔτε ἀκούσασθαι τῶν, καὶ ἑαυτὸν ἐπαινουμένων οὔτε ἄνδρα τῶν ἐπὶ συνέσει γνωριζομένων <sup>2)</sup> οὔτε τελετὴν τῶν ὅπωςδὴποτε

30) ἠναντιώθη] Prior Editio male ἠναντιώθη in cuius locum veram lectionem ex MS. reposui. Sensus enim est, Pythagoram, quod propter longam inedia[m] corpore esset infirmo et imbecilli, non repugnasse nautis, qui ipsum ad exscensum ex naui faciliorem reddendum, manibus suis leuatum in terram exponere volebant. Hoc cum omnino clarum sit, miroq[ue] eruditum Obrechtum in versione sua, alioq[ue] accuratissima, priorem lectionem ναυτιώθη, quae procul omni dubio corrupta est, prae altera illa amplexum esse. Vertit enim *nausea correptus est*. Sed quis mortalium ab erroribus prorsus immunis est? *Kust.* Huic notae Kusterus in *Praefat.* alia addidit, mendum, inquit, huic contrarium occurrere apud Phrynichum in Ecloga Dict. Attic. p. 32. vbi sic legitur: Μεθοδάκιπλα ἠναντίασα τοῦτο ἀκούσας τοῦνομα. Nunnesius, vir sane doctissimus, τὸ ἠναντίασα illic vertit *repugnari*, quasi ab ἐναντιῶν: quam tamen vocem Hellas ignorat. Tu absque cunctatione

varetur atque manu duceretur, tum aduersatus est, nec post eorum discessum se diutius a fructibus abstinuit, quin sumeret, quod alendis viribus esset. Inde ad vicina habitacula incolumis peruenit, habitu oris tranquillo modestoque semper sibi similis.

## C A P. IV.

Inde obiens omnia templa maximum studium examenque accuratum impendit, prophetas et sacerdotes, quibus vsus est, in sui amorem admirationemque excitauit, et singulis exacte perceptis non praetermisit, quin etiam cognosceret, quidquid sua aetate celebre foret, siue viri essent sapientia nobiles, siue initia quomodocunque culta:

rescribe, ἐναντία, a νατιῶν, nauſeare vel nauſeam sentire. Mens enim Phrynichi est, vocem μεσοδάτυλα a puriore Atticismo adeo abhorrere, vt nauſeam quasi sibi creet, quoties eam audiat vel legat. Sic idem pag. 58. verbum σικχάλνομαι ait esse νατιῶς ἄξιον, id est, nauſea dignum: ob eandem scilicet causam. Simili sensu vocem νατιῶν accepit elegantissimus et lepidissimus Lucianus in *Rhetor. praesept.* p. 322. Edit. Amstelod. vbi inquit, ὡς νατιῶν ἔπαντας ἐπὶ τῷ φορτικῷ τῶν ὀνομάτων, id est, vt nauſea omnes afficiantur a frigidis et ineptis vocibus.

31) διέσωσε] Imo διεσώθη, i. e. incolumis peruenit. Vel subintelligendum est, ἰαντόν. *Kust.*

1) Ἐκεῖθεν τε] Ita *Kust.* cum *Arc.*, sed *Ciz.* ἐκεῖθεν δέ. Idem paulo post συγγινομένων pro συγγινομένων, quod habet *Kust.* cum *Arc.* *Kiess.*

2) οὔτε τελετήν τῶν ὀπωσθήποτε] Ita *Kust.* et *Arc.* In *Ciz.* et *Par.* οὐ τελετήν ἔπον δὴ ποτε. *Kiess.*

τιμωμένων, οὔτε τόπον ἀθεώρητον, εἰς ὃν ἀφι-  
κόμενος ᾤηθη τι περιττότερον εὑρήσειν. ὅθεν  
πρὸς ἅπαντας τοὺς ἱερέας ἀπεδήμησεν, ὠφε-  
λούμενος παρ' ἑκάστῳ, ὅσα ἦν σοφὸς ἕκαστος.  
19 3) Δύο δὴ καὶ εἴκοσι ἔτη κατὰ τὴν Αἴγυπτον  
ἐν τοῖς ἀδύτοις διετέλεσεν ἀστρονομῶν καὶ γεω-  
μετρῶν καὶ μνούμενος οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς, οὐδ'  
ὡς ἔτυχε, πάσας θεῶν τελετάς, ἕως 4) ὑπὸ τῶν  
τοῦ Καμβύσου αἰχμαλωτισθεῖς εἰς Βαβυλῶνα  
ἀνήχθη, κακεῖ τοῖς Μάχοις 5) ἀσμένοις ἀσμε-  
νος συνδιατρίψας καὶ ἐκπαιδευθεῖς τὰ παρ'  
αὐτοῖς σεμνὰ καὶ θεῶν θρησκείαν ἐντελεσά-  
την ἐκμαθῶν, ἀριθμῶν τε καὶ μουσικῆς καὶ  
τῶν ἄλλων μαθημάτων ἐπ' ἄκρον ἔλθων παρ'  
αὐτοῖς, ἄλλα τε δώδεκα 6) συνδιατρίψας ἔτη,  
εἰς Σάμον ὑπέστρεψε περὶ ἕκτον πού καὶ πεν-  
τηκοστὸν ἔτος ἤδη γεγονώς.

(16)

Κ Ε Φ. ε.

20 Ἀναγνωρισθεῖς δὲ ὑπὸ τινῶν πρεσβυτέρων,  
καὶ οὐκ ἔλαττον ἢ πρόσθεν θαυμασθεῖς (καλ-  
λίων τε γὰρ καὶ σοφώτερος καὶ θεοπρεπέστερος

3) Δύο δὴ καὶ εἴκ.] Locum hunc ad examen reuocat, et  
cum chronologicis rationibus minus bene conuenire  
ostendit Illustris Bentleius in Dissert. de Phalar. Epist.  
p. 69. (p. 189. ed. Lips.) quem ut Lector adeat suadeo.  
Kust.

4) ὑπὸ τῶν τοῦ Καμβύσου] Sic Kust. et Arc. In Ciz.  
et Par. ὑπὸ τῶν σὺν Καμβύσῳ. Kiess.

5) ἀσμένοις ἀσμενος] Hanc lectionem recepi e Cd. Ciz.,

nec loca inuisere abnuebat, in quibus se inuenturum aliquid amplius putauerat. Qua de causa ad omnes profectus est sacerdotes, apud quemque horum cum fructu eruditus in ea, quam quisque tradebat, disciplina. Ita viginti duo anni in Aegypto absumti, dum in adytis templorum astronomiam, geometriam, et omnium deorum initia non pertransennam, aut perfunctorie addidit, donec a Cambysis milite inter captivos Babylonem abduceretur, vbi cum Magis lubentibus ipse lubens versatus illorum studia religionemque perfecte imbibit, et numerorum musicaeque artis et aliarum disciplinarum fastigium assecutus post annos duodecim Samum rediit, iam circiter sexaginta annos natus.

## C A P. V.

Ibi a quibusdam senioribus agnitus non minus quam antea in admiratione fuit. Videbatur enim a peregrinatione plus pulchritudinis et sapientiae, maioraque diuinitatis

candemque expressit Obrechtus. Kusterus de hoc loco haec monet: „Malim ἄσμενος (pro ἀσμένους), i. e. libens. Vel dicendum est, post ἀσμένους excidisse „ἄσμενος, vt legatur, τοῖς μάγοις ἀσμένους ἄσμενος συνδιατρέψας, etc.“ Cd. Par. pro ἀσμένους habet ἄσμενα. Kiess.

6) συνδιατρέψας] Ita Kust. cum Arc. In Ciz. est προσδιατρέψας. Kiess.

αὐτοῖς <sup>1)</sup> ἐφάνη), παρακαλούσης αὐτὸν δημο-  
 σία τῆς πατρίδος ὠφελεῖν ἅπαντας καὶ μετα-  
 διδόναι τῶν ἐνθυμίων, οὐκ ἀντιτείνων τὸν τῆς  
 διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπεχεί-  
 ρει, καὶ πάντη ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδά-  
 γμασι, καθ' ἃ <sup>2)</sup> ἐπαιδεύθη, εἰ καὶ μὴ σφόδρα  
 προσίεντο τὸν τοιοῦτον τρόπον οἱ Σάμιοι, μηδὲ  
 ἀρμονίως, καὶ ὡς ἐχρῆν, προσεφύησαν αὐτῷ.  
<sup>2)</sup> Μηδενὸς οὖν αὐτῷ <sup>3)</sup> προστρέχοντος, μηδὲ  
 γνησίως ὀρεγομένου τῶν μαθημάτων, <sup>4)</sup> ἃ τοῖς  
 Ἑλλήσιν ἐνοικίζειν παντὶ τρόπῳ ἐπειρᾶτο, μὴ  
 περιφρονῶν, μηδὲ ὀλιγωρῶν τῆς Σάμου, διὰ  
 τὸ πατρίδα εἶναι, γεῦσαι τε πάντως βουλόμε-  
 νος τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πα-  
 τριώτας, εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, <sup>5)</sup> ἀλλ' οὖν ἐπι-

1) αὐτοῖς] Hoc pronomen, quod habent edd. Arc. et Kust., deest in Ciz. Ibidem paulo post pro ἐνθυμίων, quae est lectio Arc. et Kust., legitur ἐνθυμίων, aequè bene. Ibidem denique διδασκαλείας et ἐπιχειρεῖ, vbi Arc. ἐπιχειρεῖ. Kiess.

2) καθ' ἃ ἐπαιδεύθη] Prior Edit. male, κατ' ἐπαιδεύθη: pro quo Rittershusius in notis ad Malchum de Vit. Pyth. p. 60. et Schefferus de Philos. Ital. p. 25. emendant, καθ' ἃν' respicientes scilicet ad praecedens τρόπον. Sed nos repraesentauimus hic lectionem codicis MS. quae vtiq̄ue recte se habet. Kust. In margine Cod. Spanhem. notatum est καθά, quod etiam in Cd. Ciz. extat; idque et ipsum locum hic habere potest; nam διδάγματα sunt instituendi modi. Kiess.

3) προστρέχοντος] Antea minus recte (etiam in Ciz. Kiess.), προτρέχοντος. Desider. Heraldus Animaduers. in Iamblich. cap. III. legendum potius suadet, προσέχοντος: quod non displicet. Kust. Idem margini Cd. Ciz. adscripsit Reinesius. Kiess.

argumenta domum reportasse. Ideoque patria publice illum inuitavit, vt omnibus participatione inuentorum suorum prodesse vellet. Nec renuebat ille: sed viam docendi per symbola ingredi coepit eodem modo, quo ipse in Aegypto doctus erat, quamuis Samii hanc docendi rationem minus amplecterentur, neque satis promte, vt par erat, eius lateri adhaerescerent. Vtut igitur nemo docenti accederet, nemo sincere satageret proficere in disciplinis, quibus omni modo inter Graecos domicilium statuere annitebatur, non tamen Samum, eo quod patria sibi esset, contemnere, curamque eius abüicere sustinuit, quin ciuibus suis vel inuitis aliquem pulcerrimarum artium gustum daret.

4) ἂ τοῖς Ἑλλησιν ἐνοικ.] Sic locum hunc ante mutilum ex codice MS. (consentiente Ciz. *Kioss*.) supplenuimus. In priore enim Edit. legitur, τῶν μαθημάτων αὐτοῖς ἐνοικίσειν· nullo omnino sensu. *Kust.*

5) ἀλλ' οὐν] Particula haec connexionis loco huic non quadrat, sed potius τοιγαροῦν, vel οὐκουν. Deinde, quae sequuntur, commodius sic legerentur, ἐπινοία καὶ μεθόδῳ τοιαύτη ἐχρήσατο. παρατηρήσας. Vide, Lector, et attende. *Kust.* Longe a vero aberravit Kusterus, non videns, non post ἐκόντας, sed demum post μεθόδῳ, vt in Ciz., interpungendum esse. Attigimus hunc locum ad Protrept. p. 19. Quemadmodum hic praecedente εἰ μὴ sequitur ἀλλ' οὐν, ita apud Isocratem in Archidam. sect. 27. ed. Lang. p. 196. et in Aesop. fab. I. extr. e cod. Aug. ἀλλ' οὐν γε. Schwarzius omnem locum sic constituit: γεῦσαι μὲν πάντως ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας, εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, ἀλλ' οὐν ἐπινοία καὶ μεθόδῳ. Παρατηρήσας οὐν εὐ-

(17) νοία καὶ μεθόδῳ παρατηρήσας εὐφυῶς τινὰ καὶ εὐκινήτως ἐν τῷ γυμνασίῳ σφαιρίζοντα τῶν φιλογυμναστούντων <sup>6)</sup> μὲν καὶ σωμασκούντων, πενήτων δ' ἄλλως καὶ ἀπορωτέρων, <sup>7)</sup> λογιζάμενός τε, ὅτι εὐπειθῆ ἔξει, εἰ τὰ ἐπιτήδεια ἔκπλεά τις αὐτῷ ἀμεριμνοῦντι παρέχοι, προσκαλεσάμενος μετὰ τὸ λουτρὸν τὸν νεανίαν, ἐπηγγείλατο αὐτάρκη αὐτῷ ἐφόδια εἰς τὴν τῆς σωμασκίας ὑποτροφὴν καὶ ἐπιμέλειαν διηνεκῶς παρέξειν, <sup>8)</sup> εἰ διαδέξαιτο αὐτοῦ καταβραχὺ τε καὶ ἀπόνως ἐνδελεχῶς τε, ὥστε μὴ ἀθρόως φορτισθῆναι, μαθήματά τινα, ἃ παρὰ βαρβάρων μὲν ἐξέμαθεν αὐτὸς νέος ὢν, ἀπολείπει δ' αὐτὸν ταῦτα ἤδη διὰ τὸ γῆρας καὶ τὴν <sup>22</sup> τούτου ἀμνημοσύνην. Ὑποσχομένου δὲ τοῦ νεανίου καὶ τῆ τῶν ἐπιτηδείων ἐλπίδι ὑπομείναντος, <sup>9)</sup> εἰς τὴν δι' ἀρετῶν μάθησιν καὶ

φυῶς τινὰ etc. Particulam οὖν, quae ob ignorantiam librarii exciderit, post παρατηρήσας repetiit. Hoc sane necessarium esset, si ἐβούλετο, quod exhibet editio Kusteri, vera esset lectio. Sed pro illo imperfecto in ed. Arc. et Cd. Ciz. legitur βουλόμενος, et pro γεῦσαι μὲν, quod vnde Kusterus assumserit, non indicavit, in ed. Arc. γεῦσαι τε, in Ciz. γεύσεται. Quamobrem Arcerii lectionem, auctoritate Cd. Ciz. confirmatam, reuocavi. Obrechtus omnem locum liberius interpretatus est. — Ad εὐφυῶς καὶ εὐκινήτως conferri potest hic locus Ciceron. de Orat. III, 52. Qui utuntur armis aut palaestra, non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam ut cum venustate moveantur. Kiess.

6) μὲν ] Cd. Ciz. μετὰ, quae confusio creberrima est in hoc codice. Kiess.

τέρους δι' ἐνὸς ἀκρασίαν ταῖς δεινοτάταις περιπεσεῖν συμφοραῖς, τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δὲ κατὰ τὸν ἀνάπλου. καὶ μόνης τῆς ἀδικίας τὸν θεὸν δεκετῆ καὶ χιλιετῆ τάξαι τὴν τιμωρίαν, χρησμωδῆσαντα τὴν τε τῆς Τροίας ἄλωσιν καὶ <sup>24)</sup> τὴν τῶν παρθένων ἀποστολὴν παρὰ τῶν Λοκρῶν εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ἱερόν. παρεκάλει δὲ τοὺς νεανίσκους καὶ <sup>(32)</sup> πρὸς τὴν παιδείαν, <sup>25)</sup> ἐνθυμεῖσθαι κελεύων, ὡς ἄτοπον ἂν εἴη πάντων μὲν σπουδαιότατον κρίνειν τὴν διάνοιαν καὶ ταύτῃ βουλευέσθαι περὶ τῶν ἄλλων, εἰς δὲ τὴν ἀσκησιν <sup>26)</sup> τὴν ταύτην μηδένα χρόνον μηδὲ πόνον ἀνηλωκέσαι· καὶ ταῦτα τῆς μὲν τῶν σωμάτων ἐπιμελείας τοῖς φαύλοις τῶν φίλων ὁμοιουμένης καὶ ταχέως ἀπολειπούσης, τῆς δὲ παιδείας, καθάπερ οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν, μέχρι θανάτου παραμενούσης, ἐνίοις δὲ καὶ μετὰ τὴν τε-  
 43 λευτὴν ἀθάνατον δόξαν περιποιούσης. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα τὰ μὲν ἐξ ἱστοριῶν, τὰ δὲ καὶ ἀπὸ δογμάτων κατεσκευάσε, τὴν παιδείαν ἐπιδεικνύων κοινὴν οὖσαν εὐφυΐαν τῶν ἐν ἐκάστῳ τῷ γένει πεπρωτευκότων. τὰ γὰρ ἐκείνων

mutavit in Τρωϊαν. Idem Ciz. paulo inferius Τροίας, vbi iterum Arger. Τρωϊας. Ibi Ciz. ἄλλωσιν pro ἄλωσιν. Kiess.

- 24) τὴν τῶν παρθένων ἀποστ.] Tangitur hic historia celebris et notatu digna; de qua plura diximus ad Suidam, v. Ποινῆ. Kust. Prae ceteris consulenda sunt, quae Kusterus ad Suidam Tom. III. p. 229. citavit

pars ex vnius hominis incontinentia in gravissimas incidit calamitates, alii in ipso bello, alii in rēditu in patriam. et soli iniustitiae deum statuisse poenam integro decennio et per mille annos duraturam, quum Troiam excisum iri et virgines a Locrensisibus in Mineruae cognomento Iliadis templum quotannis mitti oportere, oraculo moneret. Hortabatur etiam iuvenes, ut animos ad eruditionis culturam appellerent, absurdum esse docens, mentem studio prae omnibus dignissimam censere, eamque de caeteris rebus in consilium adhibere, et ad eam expoliendam nihil temporis, nihil laboris insumere, quum tamen diligentia, quae in curando corpore adhibetur, malis amicis similis sit et cito senescat, eruditio vero instar boni honestique viri ad mortem usque perduret, et quibusdam post fata etiam immortalem gloriam afferat. Aliaque id genus partim ex historia partim e placitis philosophiae adstruxit, ostenditque, eruditionem esse quandam communem eorum ingeniorum praestantiam, quae quaque aetate primas tenuerint. Horum enim inuenta

Tzet. Scholia in Lycophron. v. 1141. 1159. Vol. II. p. 937. sqq. et p. 940. ed. Müller. Kiess.

25) ἐνθυμῆσθαι] Antea male, εὐθυμῆσθαι. Kust.

26) τὴν ταύτην] Lege, τὴν ταύτης. scilicet, διαβολας. Kust.

εὐρήματα, ταῦτα τοῖς ἄλλοις γεγονέναι 27) παι-  
 δειαν. Οὕτω δ' ἐστὶ τῇ φύσει σπουδαῖον τοῦ-  
 το, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων τῶν ἐπαινουμένων  
 τὰ μὲν οὐχ οἷόν τε εἶναι παρ' ἐτέρου μεταλα-  
 βεῖν, οἷον τὴν ῥώμην, τὸ κάλλος, τὴν ἕγείαν,  
 τὴν ἀνδρείαν· τὰ δὲ τὸν προέμενον οὐκ ἔχειν  
 αὐτὸν, οἷον τὸν πλοῦτον, τὰς ἀρχάς, 28) καὶ  
 ἕτερα πολλὰ τῶν παραλειπομένων· τὴν δὲ δυ-  
 νατὸν εἶναι καὶ παρ' ἐτέρου παραλαβεῖν, καὶ  
 44 τὸν δόντα μηδὲν ἧττον αὐτὸν ἔχειν. Παρα-  
 πλησίως δὲ τὰ μὲν οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶ-  
 ναι κτήσασθαι, 29) παιδευθῆναι δὲ ἐνδέχεσθαι  
 (33) κατὰ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν. εἰδ' οὕτως προς-  
 ἰόντα φανῆναι πρὸς τὰς τῆς πατρίδος πράξεις,  
 οὐκ ἐξ ἀναιδείας, ἀλλ' ἐκ παιδείας. σχεδὸν  
 γὰρ ταῖς ἀγωγαῖς διαφέρειν τοὺς μὲν ἀνθρώ-  
 πους τῶν θηρίων, τοὺς δὲ Ἕλληνας τῶν βαρ-  
 βάρων, τοὺς δὲ ἐλευθέρους τῶν οἰκετῶν, τοὺς  
 δὲ φιλοσόφους τῶν τυχόντων. ὅλας δὲ τηλικαύ-  
 την ἔχοντας ὑπεροχὴν, ὥστε τοὺς μὲν θᾶπτον  
 ἀρέχοντας τῶν ἄλλων 30) ἐκ μιᾶς πόλεως τῆς

27) παιδείαν] Ciz. παιδίαν. De pronomine ταῦτα post εὐρήματα abundante conf. Schaefer. Mel. crit. p. 84. Kiess.

28) καὶ ἕτερα] In Ciz. deest καί. Kiess.

29) παιδευθῆναι δὲ ἐνδέχεσθαι κατὰ] Haec desunt in Ciz. Kiess.

30) ἐκ μιᾶς πόλεως τῆς ἐκείνων] Ita aperte Ciz., quem admodum iam Heraldus *Animad.* in Iambli. cap. IV. pro corruptis, ἐκ μιᾶς πόλεως, legendum esse censuit. Genuinam lectionem etiam Obrechtus expressit. Pulcre

aliis materiam eruditionis dedisse. Adeo vero istud natura sua praeclarum est, vt, quum caetera laudabilia partim ita comparata sint, vt in alterum transfundi nequeant, vti robur, pulcritudo, sanitas, fortitudo: partim, si ea e manibus emiseris, non amplius habeas, vt diuitias, magistratus, et alia multa, quae praeterimus; eruditio ab alio ita possit accipi, vt, qui eam alteri impertitus est, adhuc eius compos maneat. Similiter quaedam bona parare non esse in potestate nostra, doceri autem nos posse, quandocumque voluerimus: et qui ita instructus ad res patriae administrandas accedat, illum non id facere per impudentiam, sed ex eruditionis suae conscientia. Nam institutione effici, vt homines bestiis, barbaris Graeci, liberi seruis, et philosophi plebeiis praestent. Omnino vero in tantum excellere bene institutos, vt cursu velociores aliis ex vna illorum patria septem

huc facit locus Strabonis lib. VI. Tom. II. p. 242. edit. Tzschuek., quom primum citatum ab Heraldō reperit Kusterus: *Αουί δ' ἡ πόλις (de Crotone loquitur) τὰ τε πολέμια ἀσκήσαι, καὶ τὰ περὶ τὴν ἀθλήσιν. Ἐν μὲν γούν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτιθέσαστες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆσαν Κροτωνιάται. Crotoniatarum Olympionicarum nomina haec perscripsit Reinsius: *Αυκίνοσ, Ol. 48. Ἐρατοσθένης, Ol. 51. Ἐπιπίστρατος, Ol. 54. 55. Λιδόγητιος, Ol. 58. Ἰαχόμενος, Ol. 68. 69. Τιτακράτης, Ol. 71. 72. Ἀυλος, Ol. 73. 74. 75. Kiess.**

ἐκείνων ἑπτὰ κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν εὐρεθῆναι, τοὺς δὲ τῇ σοφίᾳ προέχοντας ἐξ ἀπάσης τῆς οἰκουμένης ἑπτὰ συναρίθμηθῆναι. ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς χρόνοις, ἐν οἷς ἦν αὐτός, ἕνα φιλοσοφία προέχειν τῶν πάντων. καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα ἀντὶ 31) τοῦ Σοφοῦ ἑαυτὸν ἐπωνόμασε.

### K E Φ. θ.

45 Ταῦτα μὲν ἐν τῷ γυμνασίῳ τοῖς νέοις 1) διελέχθη. ἀπαγγελθέντων δ' οὖν ὑπὸ τῶν νεανίσκων πρὸς τοὺς πατέρας τῶν εἰρημένων, ἐκάλεσαν οἱ Χίλιοι τὸν Πυθαγόραν εἰς τὸ συνέδριον, καὶ 2) προεπαινέσαντες ἐπὶ τοῖς πρὸς τοὺς υἱοὺς ῥηθεῖσιν, ἐκέλευσαν, εἴ τι συμφέρον 32) ἔχει λέγειν τοῖς Κροτωνιάταις, ἀποφῆνασθαι τοῦτο πρὸς τοὺς τῆς πολιτείας προκαθημένους. ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς συνεβούλευεν ἰδρῦσασθαι Μουσῶν 3) ἱερόν, ἵνα τηρῶσι τὴν ὑπάρχουσαν ὁμόνοιαν. ταύτας γὰρ τὰς θεὰς καὶ τὴν προσηγορίαν τὴν αὐτὴν ἀπάσας ἔχειν, καὶ μετ' ἀλλήλων 4) παραδίδοσθαι, καὶ ταῖς

31) τοῦ Σοφοῦ] Ciz. omittit τοῦ. Ceterum conferantur ea, quae contra Meinersii opinionem, non Pythagoram, sed Socratem fuisse auctorem nominis philosophi, disputavit Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 117 — 119. Kiess.

1) διελέχθη] Vsque ad hoc verbum in Ciz. continuatur cap. VIII. Kiess.

2) προεπαινέσαντες] Ita scripsi auctoritate Ciz. pro ἐπαινέσαντες, quod offerunt edd. Arc. et Kust. Idem Ciz. deinceps corrupte, ἐπὶ τοὺς πρὸ τοῦς, et pro συμ-

Olympiae inuenti sint, ex toto vero orbe in vnum collecti numerum etiam septem modo fuerint sapientia celebres. postea suo tempore vnum philosophia excelluisse: hoc enim sibi cognomen indidit, vt loco *Sapientis* diceretur *Philosophus*.

## C A P. IX.

Haec ad iuuenes in Gymnasio disseruit Pythagoras: quae quum ab iis ad parentes delata essent, mille viri in curiam euocatum prius laudarunt propter ea, quae iuuentuti suggesserat; simulque si quid ipsis Crotoniatis vtile haberet, apud Reip. gubernatores expromere iusserunt. Tum ille primum auctor illis fuit, vt Musis fanum exstruerent, quo praesens concordia salua et incolumis inter eos maneret. Illas enim deas vno omnes nomine venire, colligatasque invicem esse, et communibus honoribus ma-

*φέρων* cum Arc. *συμφέρειν*. Denique ex eodem codice post *ἀποφήνασθαι* addidi *τοῦτο*, quod editiones Arcerii et Kusteri omittunt. *Kiess.*

3) *ἱερὸν*] Vocem hanc ex MS. reuocavi, quae in prioro Edit. deest. *Kust.* In margine Spanhemiano e Par. haec sunt notata: *Μουσῶν ἱερῶν μουσεῖον ἱερὸν*. Reinesius monuit, *pro δμόνοιαν al. εὐνοίαν*. *Kiess.*

4) *παραδίδασθαι*] Ita *Kust.* In Ciz. autem *παραδεδόσθαι*, quod accommodatius videtur, et ab Arcer. confirmatur, in cuius editione est *παραδίδασθαι*. *Kiess.*

κοιναῖς τιμαῖς μάλιστα χαίρειν, καὶ τὸ σύνολον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀεὶ χορὸν εἶναι τῶν Μουσῶν· ἔτι δὲ συμφωνίαν, ἁρμονίαν, ῥυθμόν, <sup>5)</sup> καὶ ἅπαντα περιεληφέναι τὰ παρασκευάζοντα τὴν ὁμόνοϊαν. <sup>6)</sup> ἐπιδείκνυσε δέ, αὐτῶν τὴν δύναμιν οὐ περὶ τὰ κάλλιστα θεωρήματα μόνον ἀνήκειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν  
 46 συμφωνίαν καὶ ἁρμονίαν τῶν ὄντων. Ἐπειτα ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς <sup>7)</sup> ἔφη δεῖν, κοινήν παρακαταθήκην ἔχειν τὴν πατρίδα παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν. δεῖν οὖν ταύτην διοικεῖν οὕτως, ὡς μέλλουσι τὴν πίστιν παραδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν ποιεῖν. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο βεβαίως, εἰάν ἅπασιν ἴσοι τοῖς πολίταις ᾧσι, καὶ μηδενὶ μᾶλλον ἢ τῷ δικαίῳ <sup>8)</sup> προέχωσι τοὺς γὰρ ἀνθρώπους, εἰδότας, ὅτι τόπος ἅπας  
 (35) προσδεῖται δικαιοσύνης, <sup>9)</sup> μυθοποιεῖν τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχειν παρὰ τῷ Διὶ τὴν Θέμιν, καὶ παρὰ τῷ Πλούτωνι τὴν <sup>10)</sup> Δίκην, καὶ κατὰ τὰς πόλεις τὸν νόμον, ἵνα ὁ μὴ δικαίως

5) καὶ ἅπαντα] In Cd. Ciz., vt in edit. Arc., deest καὶ. Kiess.

6) ἐπιδείκνυσι] Antea male, ἐπιδείκνυσαν. Kust. In Ciz. ἐπιδείκνυσαν. Scalig. conicit, ἐπιδεικνύς αὐτῶν. Ceterum vix graece dicitur ἀνήκειν περὶ τι. Hinc legere malim, πρὸς τὰ κάλλιστα κ. τ. λ. Kiess.

7) ἔφη δεῖν] In priore Edit. inepte, ἐφηδεῖν· quod Arcecius bona fide delectari verterat. Sed huius erroris Lectorem iam pridem etiam admonuit Desid. Herald. in Iambli. cap. V. Kust. Pro κοινήν, quod sequitur,

xime gaudere, atque omnino vnum Musarum chorum esse. Praeterea continere in se ipsis concentum, harmoniam, numerum, et omnia quae ad concordiam faciunt: insuper vero ostendit, vim earum non tantum circa pulcerrimas contemplationes disciplinarum versari, verum etiam ad rerum consonantiam, harmoniamque pertinere. Deinde ipsis ait existimandum esse, se a multitudine civium patriam accepisse tanquam commune depositum. Quapropter ita illam gubernent, ut depositi fidem ad posteros quasi haereditariam transmittere possint: idque certo euenturum esse, si se omnibus exaequent civibus, et nulla re magis quam iustitia prae caeteris emineant. Vnde et homines, gnaros nullum non locum indigere iustitia, in fabulis finxisse, Ioui Themidem, Plutoni Dicem assidere, et in urbibus legem regnare; ut, qui non bona

Ciz. cum Arcer. legit κοινῆ, et deinceps περί pro παρὰ. *Kiess.*

8) προέχουσι τοὺς γὰρ ἀνθρώπους εἶδ. ] Sic locum hunc auctoritate Codicis MS. emendavi et distinxi. Antea enim male legebatur, προέχουσι τοὺς ἀνθρώπους, εἰδόμεναι, etc. *Kust.*

9) μυθοποιεῖν ] Scalig. μυθοποιούς. *Kiess.*

10) Δίκην ] Quare *Dicem* verterit eruditus interpres, ignoro. *Iustitiam* oportebat, vel *Dicem*. *Kust.* *Dicem* videtur merum esse vitium typographicum. Correxī *Dicem*. *Kiess.*



11) ἐφ' ἃ τέτακται ποιῶν ἅμα 12) φαίνεται  
 47 πάντα τὸν κόσμον συναδικῶν. Προσέκειν δὲ  
 τοῖς συνεδρίοις, μηδενὶ καταχρήσασθαι τῶν  
 θεῶν εἰς ὄρκον, ἀλλὰ τοιούτους προχειρίζε-  
 σθαι λόγους, ὥστε καὶ χωρὶς ὄρκων εἶναι πι-  
 στούς. καὶ τὴν ἰδίαν οἰκίαν οὕτως οἰκονομεῖν,  
 13) ὥστε τὴν ἀναφορὰν ἐξεῖναι τῆς προαιρέσεως  
 εἰς ἐκείνην ἀνενεγκεῖν. 14) πρὸς τε τοὺς ἐξ  
 αὐτῶν γενομένους διακειῖσθαι γνησίως, ὡς καὶ  
 τῶν ἄλλων ζώων μόνους ταύτης τῆς ἐννοίας  
 αἰσθησὶν εἰληφότας· καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα  
 τὴν τοῦ βίου μετέχουσαν 15) ὁμιλοῦντας, ὡς  
 τῶν μὲν πρὸς τοὺς ἄλλους συνθηκῶν τιθεμέ-  
 νων ἐν γραμματιδίοις καὶ στήλαις, τῶν δὲ πρὸς  
 (36) τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς τέκνοις. καὶ πειρᾶσθαι  
 παρὰ τοῖς ἐξ αὐτῶν ἀγαπᾶσθαι μὴ διὰ τὴν

11) ἐφ' ἃ τέτ.] Rectius, ἐφ' ὧν. Kust. Non rectius. Accusatiuus etiam aliis placuit, vt Xenophonti Hell. 5, 4, 20. ἔταξεν ἐπὶ τοὺς ἵππεῖς, et Polybio V, 63. 4. οἱ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ταχθέντες, ad hoc negotium curandum constituti. Kiess.

12) φαίνεται] Corrupte antea, φαίγη ταν. Kust. Deinceps bene Ciz. cum Arc. συναδικῶν, quod recepi pro ἀδικῶν, quod est in Kust. editione. Kiess.

13) ὥστε τὴν ἀναφορὰν ἐξεῖναι τ.] Est locus paulo obscurior, quem interpretes non intellexerunt. Arcerius reddidit: *domum cuique suam ita gubernandam esse, vt in eam inferre liceat propositi subsidium.* Sed in Arcerio non miror, qui sexcenta alia aequae infelicitate vertit. At nec doctissimi Obrechtii versionem hic probare possum. Quid enim sibi volunt illa: *vt proventum eius animi sui proposito tueri liceat? Tu verte: vt consilii sui rationem eo referre liceat.* Id est, vt consilia nostra in administranda re aliena vel publica

fide munus, quod obeundum habet, accurauerit, in totum pariter mundum iniurius videatur. Insuper senatum eorum decere, ut in iureiurando nullius dei nomine abutantur, sed ita se gerant et loquantur, ut vel iniurati fidem mereantur: rem autem domesticam sic administrent, ut consilii rationem etiam illuc referri liceat. Illis vero, qui ex ipsis nati sint, sincerum amorem exhiberent, memores, hos ex aliis animalibus solos intelligere, quid hic affectus sibi velit. Cum vxore vitae socia ita agerent, ut repurent, alia quidem pacta tabulis columnisque, quod vero cum vxore initur foedus, liberis contineri. Efficerent etiam, ut prolis suae amorem in se deriuarent, non per naturam,

ad normam quasi administrationis domesticae referre nobis liceat: siue, ut exemplo administrationis domesticae tanquam argumento uti nobis liceat ad probandum aliis, nos non minori fide et prudentia res alienas curaturos esse, quam qua nostras curauimus. Nam, ut recte ait Isocrates Orat. ad Demonicum, p. m. 16. Ὁ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλευέσται περὶ τῶν ἀλλοτριῶν: qui rebus propriis male prospicit, nunquam bene consulat alienis. Confer etiam Nostram infra, Num. 196. *Kust.* Τὴν ἀναφορὰν τῆς προαιρέσεως εἰς ἐκείνην ἀναφέρειν, idem est quod τὴν προαίρεσιν εἰς ἐκείνην ἀναφέρειν. Sententiam *Kusterus* recte explicuit. *Kiess.*

14) πρὸς τε] Par. e marg. Spanh. πρὸς δέ. Deinceps post ὧς in Ciz. deest καί. — Pro ἐννοίας autem, quod sequitur, legendum videtur εὐνοίας. *Kiess.*

15) ὁμιλοῦντας] Propter ἀκολουθίαν orationis malle, οὕτως ὁμιλεῖν. *Kust.* Potius ὁμιλεῖν οὕτως. *Kiess.*

δέ, μέγιστον εἶναι τῶν ἀδικημάτων, παῖδας  
καὶ γονεῖς ἀπ' ἀλλήλων διασπᾶν. νομίζειν δέ,  
(37).<sup>20)</sup> κράτιστον μὲν εἶναι τὸν καθ' αὐτὸν δυ-  
νάμενον προιδεῖν τὸ συμφέρον· δεύτερον δέ,  
τὸν ἐκ τῶν τοῖς ἄλλοις συμβεβηκότων κατα-  
κοιῶντα τὸ λυσιτελοῦν· χείριστον δέ, τὸν ἀ-  
παμένοντα διὰ τοῦ κακῶς παθεῖν αἰσθέσθαι  
τὸ βέλτιστον. ἔφη δέ, καὶ τοὺς φιλοτιμεῖσθαι  
βουλομένους οὐκ ἂν διαμαρτάνειν μιμουμέ-  
νους τοὺς ἐν τοῖς δρόμοις στεφανουμένους,  
καὶ γὰρ ἐκείνους οὐ τοὺς ἀνταγωνιστὰς κα-  
κῶς ποιεῖν, ἀλλ' αὐτοὺς τῆς νίκης ἐπιθυμεῖν  
τυχεῖν. καὶ τοῖς πολιτενομένοις ἀρμόττειν,  
<sup>21)</sup> οὐ τοῖς ἀντιλέγουσι δυσαρρεστεῖν, ἀλλὰ τοὺς  
ἀκούοντας ὠφελεῖν. παρεκάλει δὲ τῆς ἀληθι-  
νῆς ἀντεχόμενον εὐδοξίας ἕκαστον, εἶναι τοι-  
οῦτον, οἷος ἂν βούλοιο φαίνεσθαι τοῖς ἄλ-  
λοις. οὐ γὰρ οὕτως ὑπάρχειν τὴν συμβουλήν  
ἱερόν, ὡς τὸν ἔπαινον, ἐπειδὴ τῆς μὲν ἡ χρεία  
πρὸς μόνους ἐστὶν τοὺς ἀνθρώπους, τοῦ δὲ  
50 <sup>22)</sup> πολὺ μᾶλλον πρὸς τοὺς θεοὺς. Εἰδ' οὕτως  
ἐπὶ πᾶσιν εἶπεν, ὅτι τὴν πόλιν αὐτῶν <sup>23)</sup> οἰκεῖ-

20) κράτιστον μὲν εἶναι τ.] Videtur sumtum ex loco illo Hesiodi ἐν Ἔργ. v. 293.

Οὔτιος μὲν πανάριστος, δς αὐτὸς πάντα νοήσει·

Ἐσθλὸς δ' αὖ κακείνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Ὅς δὲ κε μὴτ' αὐτὸς νρήη, μὴτ' ἄλλου ἀκούων

Ἐν θυμῷ βιάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀρηγῆος ἀνήρ.

Kust. In Ciz. et Par. secundum marg. Cod. Spanh. est κράτιστος. Tum ibidem δύναμιν· at παθεῖν omis-  
sum est, et pro βέλτιστον legitur βέλτιον. Kiess.

stius esse facinus asserebat, quam liberos et parentes a se inuicem diuellere. Illum habendum esse optimum, qui pro se, quid conducatur, praeuidere posset; secundum ab illo, qui ex aliis exemplum caperet, sibi quod ex usu foret; pessimum vero, qui expectet, donec suo malo didicerit, quid sit optimum. Dixit quoque, non aberraturos esse, qui honores ambiunt, si imitandos sibi proponerent eos, qui in stadio coronantur; nam illos non laedere aduersarios, sed totos id agere, ut ipsi victoriam consequantur. Similiter conuenire iis, qui rem tractant publicam, ne contradicentibus succenseant, sed ut obedientibus prosint. Monebat etiam, ut quilibet verae gloriae cupidus talis reuera esset, qualis aliis videri vellet: laudem enim rem esse magis sacram, quam consilium: siquidem hoc inter homines tantum habet usum, illa vero multo magis ad deos refertur. His omnibus subiecit, urbem ipsorum tum temporis

21) οὐ τοῖς] In Ciz. αὐτοῖς. Kiess.

22) πολλῶ] In Par. secund. marg. Spanhem. πάντ.  
Kiess.

23) οἰκεῖσθαι] Ne dubites rescribere, *οἰκεῖσθαι*, i. e. *conditam esse*, ab οἰκίζω. Τὸ οἰκεῖσθαι enim est ab οἰκίω, *incolo, inhabito*: quod hic locum non habet. Sic paulo post κατοικήσασθαι rescripsi pro κατοικῆσασθαι. Kust. In Cd. Ciz. haec reperitur lectio: οἰκεῖσθαι συμβέβηκιν, ὡς λέγουσιν, Ἡρακλῆα. Reinesius adscripsit:

εἶναι συμβέβηκεν 24) Ἡρακλῆα, ὅτε τὰς βοῦς  
 (38) διὰ τῆς Ἰταλίας ἤλαυνεν, ὑπὸ 25) Λακινίου  
 μὲν ἀδικηθέντος, Κρότωνά δὲ βοηθαῖντα τῆς  
 τυκτὸς παρὰ τὴν ἄγνοιαν, ἕως ὅντα τῶν  
 πόλεμιον, διαφθείραντος, καὶ μετὰ ταῦτα  
 ἐπαγγελιαμένου περὶ τὸ μνήμα συνώνυμον  
 26) ἐκεῖνα κατοικίσεσθαι πόλιν, ἄνπερ αὐτὸς  
 μετάσχη πῆς ἀθανασίας. ὥστε τὴν χάριν τῆς  
 ἀποδύσεως 27) εὐεργεσίας προσήκειν αὐτοὺς εἶη  
 δικαίως οἰκονομαῖν. οἱ δὲ ἀκούσαντες τό τε  
 Μουσεῖον ἰδρύναντο, καὶ τὰς παλλακίδας, αἳ  
 ἔχουν ἐπιχώριον ἦν αὐτοῖς, ἀφῆκαν. καὶ δια-  
 λεχθῆναι χωρὶς αὐτὸν ἐν μὲν τῷ Πενθαίῳ πρὸς  
 τοὺς παῖδας, ἐν δὲ τῷ τῆς Ἥρας ἀρεῖ πρὸς  
 τὰς γυναῖκας ἠξίωσαν.

1. οἰκίσαι, vel potius οἰκίσεσθαι, ὡς λέγουσιν, ὑφ' Ἡρα-  
 κλέους. *Kiess.*

24) Ἡρακλῆα] Manifestum est, scribi debere, ὑπὸ Ἡρα-  
 κλέους, tum propter sensum, tum etiam propter ge-  
 nitivos sequentes, ἀδικηθέντος, et διαφθείραντος. *Kust.*  
 Si legas οἰκίσαι, non est quod praeterea mutetur.  
 Sunt enim Graeci in usu genitivorum absolutorum  
 liberiores. *Kiess.*

25) Λακινίου] Holstenius ad Stephanum, v. Λακίνιον,  
 legit Λακίνου· quem vide. *Kust.* Λακίνιον est ἀρω-  
 γήριον Κεφάτωνος appellatum ὑπὸ τινος Λακίνου, ut recte  
 Scholia in Theocritum Idyl. IV. 33., itemque recte  
 scribitur apud Tzetzen ad Lycophron. v. 856. Λακί-  
 νιον δὲ ἐκλήθη ὑπὸ Λακίνου Κροτωνιάτου. Monuit hoc  
 Holstenius in Castigatt. ad Steph. Byz. *Kiess.*

26) ἐκεῖνα κατοικίσεσθαι] In Cit. ἐκεῖνο κατοικισθήσεται.  
 Videtur igitur legendum esse κατοικισθήσεσθαι, hoc

ab Hercule conditam esse, quum boues per Italiam ageret, et a Lacino iniuria affectus, Crotonem sibi noctu opem laturum per ignorantiam pro hoste occideret, cognitoque errore promitteret, se circa sepulcrum urbem Crotoni cognominem conditurum, quum ipse immortalitatem consecutus esset. Ea ratione aequum esse aiebat, ut ipsi gratiam pensandorum beneficiorum probe iusteque dispensarent. Quibus auditis, et Musis templum erexerunt Crotoniatae, et quas habere consueuerant, pellices dimiserunt; atque ut seorsim in Pythii Apollinis aede ad pueros, in Iunonis vero ad uxores verba faceret, Pythagoram roga-  
verunt.

sensu: *promisit fore, ut ibi urbs conderetur.* Hercules enim immortalitate donatus non ipse eo potuit coloniam deducere. Lectionem *κατοικισθήσεσθαι* commendat etiam *κατοικήσεσθαι*, quod Kusterus expulit. Ceterum etiam futurum med. *κατοικίσεσθαι* passiuâ significatione accipi potest. *Kiess.*

27) *εὐεργεσίας*] Haud dubitem scribere, ἀντὶ εὐεργεσίας. Deinde pro *οἰκονομεῖν*, quod statim sequitur, Desid. Heraldus *οἰακονομεῖν* non absurde etiam legi posse censebat: sed cui caue assentiaris. *Kust.* Non opus est Kusteri emendatione: nam *χάρις τῆς ἀποδόσεως εὐεργεσίας* idem est quod *ἀπόδοσις χάριτος ἀντι εὐεργεσίας*. In Ciz. desunt haec verba: *ὥστε τὴν χάριν τῆς ἀποδόσεως εὐεργεσίας*. Pro *δικαίως* ibidem legitur *δέ*, et pro *οἱ δέ*, *οὐ δέ*. Denique post *ἐπιχώριον* deest *ἦν*. *Kiess.*

## Κ Ε Φ. Ι.

- 51 Τὸν δὲ πεισθέντα λέγουσιν ἠγήσασθαι τοῖς παισὶ τοιαύδε· ὥστε μήτε ἄρχειν <sup>1)</sup> λαιδορίας, μηδὲ ἀμύνεσθαι τοὺς λαιδορουμένους· καὶ περὶ τὴν παιδείαν τὴν ἐπάνυμον τῆς ἐκείνων ἡλικίας κελεῦσαι σπουδάζειν. ἔτι δὲ ὑποθέσθαι, τῷ μὲν ἐπιεικεῖ παιδὶ ῥᾶδιον πεφυκέναι πάντα τὸν βίον τηρεῖν τὴν καλοκαγαθίαν· (39) <sup>2)</sup> τῷ δὲ μὴ εὖ πεφυκότε κατα τοῦτον τὸν καιρὸν χαλεπὸν καθεστάναι· μᾶλλον δὲ ἀδύνατον ἐκ φαύλης ἀφόρμῆς ἐπὶ τὸ τέλος <sup>3)</sup> εὖ δραμεῖν. πρὸς δὲ τούτοις θεοφιλεστάτους αὐτοὺς ὄντας ἀποφῆναι, καὶ διὰ τοῦτο φῆσαι κατὰ τοὺς αἰχμοὺς ὑπὸ τῶν πόλεων ἀποστέλλεσθαι παρὰ τῶν θεῶν. ὕδωρ αἰτησομένους, ὡς μάλιστα <sup>4)</sup> ἐκείνοις ὑπακούσαντος τοῦ δαιμονίου, καὶ <sup>5)</sup> μόνοις διὰ τέλους ἀγνεύουσιν ἐξουσίας ὑπαρχούσης ἐν τοῖς ἱεροῖς διατρίβειν.
- 52 Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ τοὺς φιλοφροποτάτους τῶν θεῶν, τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸν

1) λαιδορίας] In Ciz. vt in Arc. λαιδορίαν. Kiess.

2) τῷ δὲ μὴ εὖ πεφυκότε] Sic vel absque auctoritate Codicis MS. locum hunc emendavi. Ante enim male legebatur (consentiente Cd. Ciz. Kiess.), ὅδὲ μὴ εὖ πεφυκότε. Kust.

3) εὖ δραμεῖν] Ita recte Ciz. secundum canonem Ios. Scaligeri, quem citavit Schaefer. in Mel. crit. p. 6. „Τὸ εὖ καὶ τὰ στερητικὰ μόρια non componuntur cum verbis, sed cum nominibus.“ In edd. Arc. et Kust. legitur εὐδραμεῖν. Paulo post pro ἀποφῆναι Scaliger sine causa vult ἀπέφηνε. Kiess.

## C A P. X.

Ille vero voluntati eorum obsecutus pueris haec, vt aiunt, praecepit: vt neminem conuiciis lacesserent, nec conuiciantibus responderent: quin potius operam darent paediae, id est, literarum doctrinae, quae ab aetate puerorum nomen habet. Deinde monuit, a puero ad modestiam factó perfacile in omni vita saluum illibatumque studium honestatis retineri: hoc vero difficile esse id aetatis aliter affecto; vel potius ne fieri quidem posse, vt qui a malo principio profectus sit, inoffenso pede ad finem vsque decurrat. Adiecit, ipsos diis esse dilectissimos; ideoque siccitate inualecente pueros a ciuitatibus ad pluuiam a diis impetrandam mitti, quippe quum hi maxime a diis audiantur, et soli perfecte puri in templis versandi facultatem consequantur; ideoque et hominum amantissimos

4) ἐκείνοις ὑπακούσαντος] Apud Arc. et Kust. est ἐκείνους, pro quo e Ciz. reposui ἐκείνοις. Porro Kusterus absque cunctatione scribi iubet, ἐκείνων ὑπακούσαντος, vel ἐπακούσαντος. Futurum ὑπακούσαντος etiam in marg. Spanh. notatum est. Mihi totus locus sic scribendus videtur: ὡς μάλιστα ἂν ἐκείνοις ὑπακούσαντος. *Kiess.*

5) μόνους] Ita Ciz., vt Desid. Herald. Animad. in Iambl. cap. V. pro μόλις, quod exhibent edd. Arc. et Kust., legendum censuerat. Frustra est Kusterus affirmans, nulla hic correctione opus esse. *Kiess.*



Ἔρωτα, πάντας ζωγραφεῖν καὶ ποιεῖν τὴν τῶν  
 παίδων ἔχοντας ἡλικίαν. συγκεχωρηθῆναι δὲ  
 καὶ τῶν στεφανιτῶν ἀγῶνων <sup>6)</sup> τινὰς τεθῆναι  
 διὰ παιδας· τὸν μὲν Πυθικόν, κρατηθέντος  
 τοῦ Πύθωνος ὑπὸ παιδός· ἐπὶ παιδί δὲ τὸν ἐν  
 Νεμέᾳ, καὶ τὸν ἐν Ἴσθμῶ, τελευτήσαντος Ἀρ-  
 χεμόρου καὶ Μελικέρτου. χωρὶς δὲ τῶν εἰρη-  
 μένων ἐν τῷ κατοικισθῆναι τὴν πόλιν τῶν  
 Κροτωνιατῶν ἐπαγγεῖλασθαι τὸν Ἀπόλλω τῷ  
 ἡγεμόνι τοῦ οἰκισμοῦ δῶσειν γενεάν, εἰάν ἀγά-  
 53 γῃ τὴν εἰς Ἰταλίαν ἀποικίαν. Ἐξ ὧν <sup>7)</sup> δεῖν,  
 ὑπολαβόντας, τῆς μὲν γενέσεως αὐτῶν πρόνοιαν  
 πεποιθῆσθαι τὸν Ἀπόλλω, τῆς δὲ ἡλικίας ἀπαν-  
 τας τοὺς θεούς, <sup>8)</sup> ἀξίους εἶναι τῆς ἐκείνων  
 φιλίας. καὶ μελετᾶν ἀκούειν, ἵνα δύνωνται  
 (40) λέγειν. ἔτι δέ, ἢν μέλλουσιν εἰς τὸ γῆρας βα-  
 διζεῖν, ταύτην εὐθύς ἐξορμῶντας <sup>9)</sup> τοῖς ἑλη-  
 λυθόσιν ἐπακολουθεῖν καὶ τοῖς πρεσβυτέροις  
 μηδὲν ἀντιλέγειν. οὕτω γὰρ εἰκότως ὕστερον  
 ἀξιῶσειν, μηδὲ <sup>10)</sup> αὐτοὺς τοὺς νεωτέρους ἀν-  
 ταδικεῖν. διὰ δὲ τὰς παραινέσεις ὁμολογεῖται

6) τινὰς] Haec vocula male deest in Ciz. vt in edit. Arc. Paulo inferius pro τῷ ἡγεμόνι in Ciz. est τὸν ἡγεμόνα. De formula στεφανίτης ἀγῶν v. Ernest. ad Xen. Mem. III, 7. 1. et Siebelis. ad Hellen. not. p. 156. Kiess.

7) δεῖν] Reposui lectionem notatam in margine Spanh. pro hac, ἐξ ὧν ὑπολαβόντας δεῖν. De qua Kusterus rectè iudicabat, voculam δεῖν supernacaneam esse, nec intelligi, quid ad huius loci sensum faceret. At verbis transpositis δεῖν coniungendum est cum ἀξίους εἶναι. Kiess.

deos, Apollinem et Cupidinem, puerili specie pictos repraesentari. Propter pueros etiam ludos quosdam, in quibus victores coronantur, edi in confesso esse: Pythicos quidem propterea, quod Rythonem puer occidit; Nemeos vero et Isthmicos ob mortem Archemori et Melicertae. Praeterea, quum vrbs Crotoniatarum in eo esset, vt conderetur, Apollinem duci coloniae sobolem promississe, si novos in Italiam colonos deduceret: vnde reputantes, natiuitatis ipsorum Apollinem, aetatis autem omnes pariter deos curam gessisse, par esse, vt se dignos eorum amicitia praestent. Porro meditentur audire, vt possint loqui. Qua dein via ad senectutem ituri sint, illam statim ingressi sequantur eos, qui eo perueniunt, nec vnquam senioribus obloquantur. Ita in posterum iure merito ipsos quoque exacturos, vt ne a iunioribus iniuria afficiantur. His praeceptis meruit, vt

- 8) ἀξιους εἶναι τῆς ἐκ.] Est oratio hiulca, quam sic supplere poteris: διὲν ἀξιους αὐτοὺς παρέχειν τῆς ἐκείνων φιλίας. Sic sensus erit planissimus. *Kust.* Locus sanus est. *Kiess.*
- 9) τοῖς ἐλληνοδόσιν] Scilicet εἰς τὸ γῆρας. Male Obrechtus: qui praecesserunt. *Kiess.*
- 10) αὐτοὺς τοὺς νεωτέρους] Male antea casu datiuo, αὐτοῖς τοῖς νεωτέροις. *Kust.* In cod. Ciz. est, μηδὲ αὐτοῖς τοῖς νεωτέροις ἀντιδικεῖν. Hoc ἀντιδικεῖν corruptum est ὁ genuina lectione ἀνταδικεῖν, quam restitimus. *Kiess.*

παρασκευάσαι, μηδένα τὴν ἐκείνου προσηγο-  
ρίαν ὀνομάζειν, ἀλλὰ πάντας θεῖον αὐτὸν  
καλεῖν.

Κ Ε Φ. ιά.

64 Ταῖς δὲ γυναιξίν ὑπὲρ μὲν τῶν θυσιῶν  
ἀποφήνασθαι λέγεται, πρῶτον μὲν, καθάπερ,  
ἑτέρου μέλλοντος ὑπὲρ αὐτῶν ποιῆσθαι τὰς  
εὐχάς, <sup>1)</sup> βούλονται ἂν ἐκεῖνον εἶναι καλὸν  
καγαθόν, ὡς τῶν θεῶν τούτοις προσεχόντων·  
οὕτως αὐτὰς περὶ πλείστου ποιῆσθαι τὴν ἐπι-  
είκειαν, <sup>2)</sup> ἵν' ἐτοιμῶς ἔχωσιν αὐτοὺς ταῖς εὐ-  
χαῖς ὑπακούσομένους. ἔπειτα, τοῖς θεοῖς προς-  
φέρειν ἃ μέλλουσι, ταῖς χερσίν <sup>3)</sup> αὐτὰς ποιεῖν  
καὶ χωρὶς οἰκετῶν πρὸς τοὺς βωμοὺς προς-  
ενεγκεῖν, οἷον πόπανα καὶ ψαιστὰ καὶ κηρία  
καὶ λεβανωτὸν· φόνῳ δὲ καὶ θανάτῳ <sup>4)</sup> τὸ  
δαμόνιον μὴ τιμᾶν, μὴδ' ὡς οὐδέποτε πάλιν  
(41) προσιοῦσας ἐνὶ καιρῷ πολλὰ δαπανᾶν. περὶ δὲ  
τῆς πρὸς τοὺς ἄνδρας ὀμιλίας κελεῦσθαι κατα-  
νοεῖν, ὅτι συμβαίνει καὶ τοὺς πατέρας <sup>5)</sup> ἐπὶ  
τῆς θηλείας φύσεως παρακεχωρηκέναι μᾶλλον  
ἀγαπᾶσθαι τοὺς γεγαμηκότας ἢ τοὺς τεκνώ-  
σαντας αὐτούς. διὸ καλῶς ἔχειν, ἢ μηδὲν

1) βούλονται] In Ciz. βούλειτο, sine apostropho. Kiess.

2) ἵν' ἐτοιμῶς κ. τ. λ.] In Ciz. exciderunt hae qua-  
tuor syllabae, ἔχωσιν αὐ. Kiess.

3) αὐτὰς] In Ciz. αὐται, in edit. Arc. αὐταί. Kiess.

4) τὸ δαμόνιον] Ita recte Ciz. et Par. secundum marg.  
Spanh. pro τῷ δαίμονι, quod habent edd. Arc. et

nemo illum suo nomine, sed *dium* omnes appellarent.

## C A P. XI.

Apud vxores vero de sacrificiis disse-  
ruiſſe fertur, primum quidem, ſicut alium,  
qui pro ipſarum ſalute vota conceperet,  
bonum honeſtumque eſſe velint, quia diis  
tales acceptiores credunt; ita ipſas debere  
plurimum facere animum aequitati mode-  
ſtiaeque deditum, vt eo magis a diis exau-  
diantur. Deinde diis offerrent, quae ſuis  
ipſae manibus elaboraſſent, eaque ſine mi-  
niſterio ſeruorum aris admouerent, vt pla-  
centas, liba, fauos et thura: caede vero et  
ſanguine deum ne colerent: nec tam multa  
vno tempore offerrent, vt denuo nunquam  
acceſſurae videantur. Quod autem attinet  
earum cum maritis commercium, diligenter  
conſiderare iuſſit, parentes illarum ſexui  
libenter concedere, vt plus diligant maritos,  
quam illos ipſos, qui vitae iis auctores ſint.  
Ideoque recte facturas, ſi vel plane non

Kuſt. Reineſius verba τῷ δαίμονι τιμῶν explicabat  
θύων. Kiess.

- 5) ἐπὶ τῆς θηλείας φύσεως] Haec in margine Cod.  
Ciz. hiſ verbis explicantur: ἐπὶ τῶν θυγατέρων. Signi-  
ficat φύσις h. l. *sexum*, vt apud Thucyd. II, 45. ſin.  
videturque apud Xenoph. de Rep. Lac. III, 5. vera  
lectio eſſe: — ὅτι τὸ ἄρσεν φύλον — ἰσχυρότερον ἴσθι  
τῆς θηλείας φύσεως. Kiess.

ἐναντιοῦσθαι πρὸς τοὺς ἄνδρας, ἢ τότε νομί-  
 55 ζειν νικᾶν, ὅταν ἐκείνων 6) ἠττηθῶσιν. Ἐπι-  
 δὲ τὸ περιβόητον γενόμενον ἀποφθέγγασθαι  
 κατὰ τὴν σύνοδον, 7) ὡς ἀπὸ μὲν τοῦ συνοι-  
 κοῦντος ἀνδρὸς ὁσίον ἐστὶν ἀνθημερὸν προσ-  
 εῖναι τοῖς ἱεροῖς, ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ προσήκοντος,  
 οὐδέποτε. παραγγεῖλαι δὲ καὶ κατὰ πάντα τὸν  
 βίον αὐτάς τε εὐφημεῖν, 8) καὶ τοὺς ἄλλους  
 ὄρᾶν, ὅποσα ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι· καὶ  
 τὴν δόξαν τὴν διαδεδομένην μὴ καταλίψωσι,  
 (42) μηδὲ τοὺς μυθολογῶντας 9) ἐξελέγξωσιν, οἱ  
 θεωροῦντες τὴν τῶν γυναικῶν δικαιοσύνην ἐκ  
 τοῦ 10) προσεῖσθαι μὲν ἀμάρτυρον τὸν ἱμα-

6) ἠττηθῶσιν] Ita recte Ciz. In edd. Arc. et Kust. vitiose ἠττήθωσιν. Paulo post in Ciz. ante περιβόητον deest τό. Kiess.

7) ὡς ἀπὸ μὲν τοῦ συνοικ.] Infra, Num. 132. Aporhthegma hoc Theanoni Pythagoricae tribuitur: vbi vide quae notauimus. Kust.

8) καὶ τοὺς ἄλλους ὄρᾶν] Est locus obscurus, et, vt mihi videtur, corruptus, quem sic legendum puto: καὶ τοὺς ἄλλους ὄρᾶν, ὅποσα ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι· et vt aliis ea faciant, quae ipsae pro se a diis expetiturae sint. ὄρᾶν τινὲ ἀγαθόν· vel κακόν, aliquem beneficio vel maleficio afficere, est phrasis apud Graecos potissima. Deinde τὸ ὄρᾶν et ὄρᾶν loca interdum apud scriptores commutant, vt apud Suidam in Ὀργεῶνας: vbi vide quae notauimus. Porro εὐφημεῖν, quod vulgo linguis fauere, vel bona verba dicere, significat, interdum etiam sumitur pro precari, vel precibus a diis aliquid expetere: quod tam potissimum, cum precamur, bona verba dicere soleamus. Certe εὐφημία pro precibus sumitur apud Platonem Alcib. II. (p. 43. Edit. Lugdun.) in Oraculo Ammonis, quod illic refertur: Βούλεσθαι αὐτῆ τὴν Λακεδαιμόνιαν εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. Mallo se

refragentur maritis, vel iis si cedant, tum se vicisse existiment. In isto conventu fertur etiam pronuntiasse illud plurimorum sermonibus iactatum; nempe, vxorem a marito suo surgentem salua pietate ad sacra eadem die se conferre posse, ab alieno autem viro nunquam. Insuper praecepit feminis, per totam vitam bene ominatis verbis vti, et efficere, vt alii de ipsis bene loquantur: nec passim vulgatam gloriam aboleant, aut fabularum scriptores mendacii arguant, qui, quum mulierum iustitiam ex eo colligerent, quod sine testibus vestes

*Laesodaeonium εὐφημίαν, quam cuncta Graecorum templa. Addit ibidem Plato: τὴν γοῦν εὐφημίαν οὐκ ἄλλην τινά μοι δοκεῖ λέγειν ὁ θεός, ἢ τὴν εὐχὴν αὐτῶν. Εὐφημίαν nihil aliud deus appellare videtur, quam vota illorum et preces. Haec afferre volui ad locum obscurum partim illustrandum, partim emendandum. Quod si quis his veriora et meliora promere potuerit, nemo me citius in eius sententiam concedet. Kust. Leniore medicina hic locus sanari posse videtur, ita quidem, vt scribatur: καὶ τοὺς ἄλλους δοῦν, ὅπως αὖ περὶ αὐτῶν (pro ὅποσα ὑπὲρ αὐτῶν) εὐφημήσουσι. praecepit feminis, vt omni vita bene ominatis verbis uterentur de aliis, atque viderent, vt et, ceteri vicissim de ipsis eiusmodi verbis uterentur. Kiess.*

9) ἐξελέγξωσιν] In marg. Spanhem. notatum est ἐξελέγξωσιν. Kiess.

10) προσέσθαι μὲν ἀμαρτύρων] Légo, προσέσθαι μὲν ἀμαρτύρων. Kust. Προέσθαι haud dubie verum, non item ἀμαρτύρων. — In Ciz. est μετὰ ἀμαρτύρων. Paulo post προ. ἄλλῃ malim ἄλλῃ. nam feminae sibi inuicem vestes commodant. — Verba proxima in Ciz. inuerso ordine sunt posita, δὲν χρῆσαι. Ibidem est δικαιοῦς προδίκας, quod Reinesius correxit. Kiess.

τισμόν καὶ τὸν κόσμον, ὅταν τινὲ ἄλλω δὲ  
 χρῆσαι, μὴ γίνεσθαι δὲ ἐκ τῆς πίστεως δίκας,  
 μήδ' ἀντιλογίας, <sup>11)</sup> ἐμυθοποίησαν τρεῖς γυναί-  
 κας ἐνὶ κοινῷ πάσας ὀφθαλμῶ χρωμέναις διὰ  
 τὴν εὐχερῆ κοινωνίαν· ὅπερ ἐπὶ τοὺς ἄρρενας  
 μετατεθέν, <sup>12)</sup> ὡς ὁ προλαβὼν ἀπέδωκεν εὐ-  
 κόλως καὶ ἐτοιμῶς τῶν ἑαυτοῦ μεταδιδούς,  
 οὐδένα ἂν προσδέξασθαι λεγόμενον, ὡς μὴ  
 56 οἰκίον αὐτῶν τῇ φύσει. Ἔτι δὲ τὸν σοφώτα-  
 τον τῶν ἀπάντων λεγόμενον καὶ συντάξαντα  
 τὴν φωνὴν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ σύνολον  
 εὐρετῆ καταστάντα τῶν ὀνομάτων, εἴτε θεόν,  
 εἴτε δαίμονα, εἴτε θεῖόν τινα ἀνθρώπον, σνι-  
 δόντα, <sup>13)</sup> ὅτι τῆς εὐσεβείας οἰκειότατόν ἐστι  
 τὸ γένος τῶν γυναικῶν, ἐκάστην τὴν ἡλικίαν  
 αὐτῶν συνώνυμον ποιήσασθαι θεῶ, καὶ κα-  
 λέσαι τὴν μὲν ἄγαμον, Κόρην, τὴν δὲ πρὸς  
 ἄνδρα δεδομένην, <sup>14)</sup> Νύμφην, τὴν δὲ τέκνα

11) ἐμυθοποίησαν τρεῖς γυν.] Tangitur hic fabula de Phorcynis filiabus, cuius meminerunt Palaephatus de Incredib. cap. 32. Heraclitus de Incredibil. cap. 13. Agatharchides apud Photium, p. m. 1327. et alii. Kust. Conf. Tzet. Schol. in Lycophron. Vol. II. p. 824. sqq. Edit. Mull. Kiess.

12) ὡς ὁ προλαβὼν ἀπ.] Est locus obscurus et ὑπο-  
 λος, ex quo me non satis expedito. Aliqua saltem in  
 his tenebris lux accendetur, si sequentia sic legeris:  
 οὐδένα προσδέξασθαι τὸ λεγόμενον, ὡς μὴ οἰκίον αὐτὸ τῇ  
 φύσει. Kust. Locus sanus est, modo ex Arcerii  
 editione retineatur αὐτῶν, scil. ἀρρένων, pro αὐτόν, quod  
 eum Kustero praebet Cd. Ciz. Sententia est: Quod ad  
 mares translatum, quasi is, qui prior aliquid accepit,  
 hoc ita reddat, ut de suis promte ac facile impertiat, hoc

et ornamenta aliis pro re nata commodent, neque ex fiducia illa lites et iurgia oriantur, finxerunt, mulierum trigam vno communi oculo vsam esse, occasione sumta a facili mulierum inter se communicatione: quod ipsum ad virilem sexum translatum, ac si qui commodato accepit, reddat et ipse lubenter, promteque res suas commodans, hoc si affirmaretur, neminem probaturum esse, vtpote a sexu illo alienum. Deinde eum, qui omnium fertur sapientissimus, quique humanam vocem in ordinem redegit, et vt paucis complectar, nomina primus inuenit, siue deus ille, siue daemon, siue diuinus homo fuerit, animaduertisse foemineum genus pietati iunctissimum, id eoque quamlibet eius aetatem fecisse deo cognominem, dum innuptam nominauit *Coren*, i. e. Proserpinam; nuptam viro, *Nym-*

*si diceretur, neminem probaturum esse, quippe non conueniens marium naturae. Διγόμενον poterat omitti, quum praecessisset μετατεθέν· sed additum est propter verba interiecta. — Pro προςδέξασθαι in Ciz. est προδέξασθαι. Kiess.*

13) *ὅτι*] Ita Kusterus. In Ciz. et edit. Arc. διδοι, aequo recte. Paulo post in Ciz. est ἐκδοτῶ pro ἐκδοτήν. Ceterum hic locus non conuenit cum aliis, vbi Pythagoras dixisse fertur, *ὅτι πάντων σοφώτατός ἐστιν ὁ ἀριθμὸς*. Conf. Iamblich. in hoc libr. sect. 82. Aelian. V. H. IV: 17. ibique Perizon. Add. Meiners. p. 554. *Kiess.*

14) *Νύμφην*] Haec vox in priore Edit. deest, quam ex MS. reuocauimus. *Kust.* Cuper. p. 271. opinabatur, excidisse *γαμήτην*, sumta appellatione a Iunone, quae



(43) γεννησαμένην, Μητέρα, τὴν δὲ παῖδα ἐκ παίδων ἐπιδοῦσαν κατὰ τὴν Δωρικὴν διάλεκτον, Μαϊαν· ᾧ σύμφωνον εἶναι τὸ καὶ τοὺς χρησμοὺς ἐν Δωδώνῃ καὶ Δελφοῖς δηλοῦσθαι διὰ γυναικός. Διὰ δὲ τῶν εἰς τὴν εὐσέβειαν ἐπαίνων πρὸς τὴν εὐτέλειαν τὴν κατὰ τὸν ἱματισμὸν τηλικαύτην παραδέδοται κατασκευάσαι τὴν μεταβολήν, ὥστε τὰ πολυτελῆ τῶν ἱματίων μηδεμίαν ἐκδύσθαι τολμᾶν, ἀλλὰ θεῖναι πάσας εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν πολλὰς μυριάδας 57 ἱματίων. Λέγεται δὲ καὶ τοιοῦτόν τι διελθεῖν, ὅτι περὶ τὴν χώραν τῶν Κροτωνιατῶν ἀνδρὸς μὲν <sup>15)</sup> ἀρετὴ πρὸς γυναῖκα διαβεβόηται, Ὀδυσσεὺς οὐ δεξαμένος παρὰ τῆς Καλυψοῦς ἀθανασίαν ἐπὶ τῷ τὴν Πηνελόπην καταλεπεῖν. <sup>16)</sup> ὑπολείπειτο δὲ ταῖς γυναῖξιν, εἰς τοὺς ἀνδρας ἀποδείξασθαι τὴν καλοκαγαθίαν, ὅπως εἰς ἴσον <sup>17)</sup> καταστήσῃ τὴν εὐλογίαν. ἐπὶ τῷ δὲ μνημονεῖται, διὰ τὰς εἰρημένας ἐντεύξεις περὶ Πυθαγόραν οὐ μετρίαν τιμὴν καὶ σπουδὴν καὶ κατὰ τὴν πόλιν τῶν Κροτωνιατῶν γενέσθαι, καὶ διὰ τὴν πόλιν περὶ τὴν Ἰταλίαν.

cognominabatur Γαμηλία, vt patet ex Aristidis hymno in Iouem. Hinc dii Gamelii apud Augustin. in libris de Civ. dei. Kiess.

25) ἀρετῇ] In priore Edit. est ἀρετῆν: at in MS. ἀρετῆ: quod in ἀρετῆ mutandum esse quivis facile videt. Kust. Paulo post in Ciz. est ἐπὶ τό. Kiess.

pham; liberos enixam, *Matrem*; auiam Dorica dialecto, *Maiam*. Cui consonum esse, quod per mulierem Dodone et Delphis oracula edantur. His a pietate arcessitis laudibus effectam esse aiunt tantam immutationem, vt vilioribus vestimentis assumtis pretiosa non amplius auderent induere mulieres, sed omnes in templo Iunonis consecrarent aliquot pretiosarum vestium myriades. Fertur hoc quoque oratione sua exsecutus, circa regionem Crotoniatarum celebratam esse fidem mariti erga vxorem, eo quod Vlysses non acceptauerit immortalitatem a Calypsone ea conditione oblatam, vt Penelopen desereret. Restare igitur, vt vxores maritis suam praestent virtutem, adeoque pari laude viris se exaequent. His alloquiis Pythagorae non parum honoris studiique Crotone, et per hanc vrbem in Italia partum esse asseueratur.

16) ὑπολείπειτο] Hic optatinus eadem ratione est positus, qua in locis allatis a Schaefero in Melet. crit. p. 104. Insignis eiusdem generis locus reperitur apud Stobaeum Ecl. phys. P. I. p. 208. vbi pro βλάπτουεν scribendum βλάστοιεν cum Wyttenbachio in Nota addita Mahnii dissertationi de Aristoxeno, p. 87. ed. Lips. Kiess.

17) καταστήσωσι] In Ciz. καταλύσωσι. Ibidem paulo post deest καί, quod post σπουδῆν in edd. Arc. et Kust. legitur. Kiess.

ἦν <sup>6)</sup> ἐκείνω, ἢ τῶν ἀριθμῶν τε καὶ λόγων φύσις δι' ἀπάντων διαθέουσα, καθ' οὓς τα πάντα ταῦτα συντέτακται τε ἐμμελῶς, καὶ κεκόσμηται πρεπόντως· καὶ σοφία μὲν, ἢ τῷ ὄντι ἐπιστήμη τις ἢ περὶ τὰ καλὰ πρῶτα, καὶ θεῖα καὶ ἀκήρατα, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα <sup>7)</sup> ἀσχολουμένη, ὧν με-  
 (46) τοχῇ καὶ τὰ ἄλλα ἂν εἴποι τις καλὰ· φιλοσοφία δὲ, ἢ ζήλωσις τῆς τοιαύτης θεωρίας. καλῆ μὲν οὖν καὶ <sup>8)</sup> αὕτη παιδείας ἦν ἐπιμέλεια, ἢ συντείνουσα αὐτῷ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπανόρθωσιν.

K E Φ. ιγ.

60 \* ) Εἰ δὲ καὶ πιστευτέον τοσοῦτοις <sup>1)</sup> ἱστορήσασιν περὶ αὐτοῦ, παλαιοῖς τε ἅμα οὖσι καὶ ἀξιολόγοις, μέχρι τῶν ἀλόγων ζώων <sup>2)</sup> ἀναλυτικόν τι καὶ νουστικὸν ἐκέκτητο Πυθαγόρας

6) ἐκείνω] Id est, Pythagorae. Sic scripsi pro ἐκείνω, quod antea incommode legebatur. — Paulo post pro δι' ἀπάντων, quod dederunt Arc. et Kust., in Ciz. est διὰ πάντων. Kiess.

7) ἀσχολουμένη· ὧν μετ.] Antea corruptissime, ἀσχολουμένη· ὧν μετοχή καὶ τὰ ἄλλα ἂν εἴποι τις καλῆ. Menda haec clarissima iam ante etiam correxerant Arcerius et Desid. Heraldus. Caeterum cum hoc loco conferendus est Noster infra, cap. XXIX. num. 159. vbi doctrina haec Pythagoreorum pluribus exponitur. Kust. In antecedentibus Ciz. bene τὰ πρῶτα. At idem deinceps male κατὰ αὐτὰ, et φιλοσοφίαν. Kiess.

8) αὕτη] Ita recte Ciz. pro αὐτή, quod habent edd. Arc. et Kust. Kiess.

\* ) Paragraphi 60 — 63. quibus eadem continentur, quae

henditur. Primum vero illi erat natura numerorum rationumque per omnia se insinuans, secundum quam haec vniuersa eleganter ordinata, et prout decebat, ornata sunt: et sapientia quidem, vera scientia quaedam, quae versatur circa pulchra, eaque prima, diuina et incorruptibilia, quae eodem semper modo se habent, et ob quorum communionem etiam caetera pulchra quis dixerit: philosophia vero, huius contemplationis affectatio. Vnde et haec ipsa institutionis cura pulchra erat, quae a Pythagora hominibus corrigendis destinata erat.

## CAP. XIII.

Si porro fides habenda est tot antiquis simul et egregiis viris, qui de eo scripserunt, habuit Pythagorae oratio aliquid, quod vsque ad animalium ratione destitutorum informationem et admonitionem se

Porphyrinus (S. 23. sqq.) e Nicomacho refert, a Iamblichio aut e Porphyrio aut e Nicomacho exscriptae sunt. Meiners. p. 276.

- 1) *ιστορήσασαι*] Ciz. vt Arc. *ιστορήσαι*. *Kiess*.  
 2) *ἀναλυτικόν*] Pro hoc vocabulo, quod et ipsum est corruptum, in Ciz. est *ἀναλτικόν*. Rittershus. ad Porphyr. p. 31. rectius legi putat *παρρηλητικόν*, quod Kustero in Praefat. non displicet. Ego vero nullus dubito, quin vera lectio sit *ἀνακλητικόν*, reuocandi vim habens. — Formam *νουθετικός* Schneiderus in lexico suo reiecit prae altera *νουθετητικός*, idque recte, vt mihi videtur; nam illud foret a *νουθέω*, quale verbum graeca lingua ignorat. *Kiess*,

ἐν τῷ λόγῳ, διὰ τούτου συμβιβάζων, 3) ὡς διδασκαλία πάντα περιγίγνεται τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ὅπου καὶ τοῖς ἀνημέροισ τε καὶ ἀμοιρεῖν λόγου νομιζομένοις. 4) τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον, χαλεπώτατα λυμαινομένην τοὺς ἐνοίκους, κατασχών, ὡς φασί, καὶ ἐπισησάμενος χρόνον. συχνὸν 5) ψωμίσσας τε μάζην καὶ ἀκροθρούσις, καὶ ὀρκώσας μηκέτι ἐμψύχου καθάπτεισθαι, ἀπέλυσεν. ἢ δὲ εὐθύς εἰς τὰ ὄρη καὶ τοὺς δρυμοὺς 6) ἀπαλλαγείσα οὐκέτ' ἔκτοτε ἄφθνη τοπαράσπαν ἐπιούσα οὐδὲ ἀλόγῳ ζῶν. 61 Βοῦν; δὲ ἐν 7) Τάραντι ἰδὼν ἐν παμμυγεῖ νομῆ (47)

3) ὡς διδασκαλία πάντα περιγ.] Est locus intricatus, nec satis planus; quoniam διδασκαλία tam casu recto, quam dativo hic accipi posse videtur. Si casu dativo, sensus erit, per doctrinam omnia contingere mente praeditis, siue, per doctrinam omnia consequi mente praeditos: sin casu recto, scribendum erit, πάντων περιγίγνεται ἐν τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ὅπου γε καὶ ἐν τοῖς ἀνημέροισ, etc. Doctrina omnia superat, vel dominat, in iis, qui mente praediti sunt; imo etiam in feris animalibus; etc. Posterius placet. Id tantum adhuc moneo, me vocem πάντα, quae in priore Edit. deest, ex MS. addidisse. Kust. Neque Obrechtii neque Kusteri opera in expediendo hoc loco satis feliciter versata esse videtur. Ille in eo erravit, quod λόγον vertit philosophiam; et verba διὰ τούτου συμβιβάζων, quo ipso confirmavit. Λόγος enim hic non nisi orationem significare potest, et συμβιβάζω est demonstro, doceo, qua vi hoc verbum apud scriptores seriores saepius usurpatur. Lectio πάντων notata est in marg. Spanhem., in Ciz. autem est διδασκαλία πάντα. Quamobrem si legitur, διὰ τούτου συμβιβάζων, ὡς διδασκαλία πάντων — ὅπου γε, n. t. l. sensus est; habebat in oratione Pythagoras vim, vel ferus a laedendo renocandi et admonendi, hac re demonstrans, institutionem

extenderet: qui propterea confirmavit, doctrina in hominibus mente praeditis cuncta domari, quandoquidem in feris quoque animalibus et quae rationis expertia putantur. Nam Dauniam vrsam, grauissime incolas infestantem, Pythagoras detinuit, vt aiunt, et satis diu manu demulsit, ossaque et fructibus arboreis refocillatam, et iururando adactam, ne viuentia amplius attingeret, dimisit. Illa vero statim in montes et sylvas se abdidit, et in posterum non est visa in vllum pecus feramque irruere. Quum vero bouem Tarenti inter pascendum viri-

*omnia vincere in hominibus mente praeditis, quam idem iam in feris valeat. Sin legitur διδασκαλίῃ πάντα, sententiā aliquantum mutatur, nec tamen adeo, vt non et ipsa huic loco bene conueniat. Quemadmodum autem non necesse est, eum Kustero post περιγίνεται et και inseratur ἐν, ita idem vir doctus rectissime scribit ἔπου γε. Kiess.*

- 4) τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον, χαλ.] Haec et quae sequuntur vsque ad finem fere capituli, leguntur etiam apud Porphyrium Num. 23. 24. etc. vnde Iamblichus ea mutatus est. Kust. In Ciz. δαυνίαν. Kiess.
- 5) ψωπίσας] In Ciz. ψωπίας. Ibidem ante δρωπίσας, vt in Arci editione, deest και. Kiess.
- 6) ἀπαλλαγῆσαι] Ciz. ἀπαλλαγῆσα. Idem deinceps pro ἐκ τούτου, quam lectionem primus Arcerius ex ingenio intulit, habet ἔκτιστε: quod a me est restitutum. Kiess.
- 7) Τάραντι] In Ciz. et hic et infra Ταράντι. De vocab. παμμυγῆς conf. Stephan. Thes. in Ind. p. 1578. Sensus est: quum bouem in pascuo, quod herbas ex omni genere mistas praebere, etiam virides fabas comedentem videret. Kiess.

καὶ κυάμων χλωρῶν παραπτομένην, τῷ βουκόλῳ παραστάς συνεβούλευσεν εἰπεῖν τῷ βοῦ τῶν κυάμων ἀπέχεσθαι. προσπαίξαντος δὲ αὐτῷ τοῦ βουκόλου καὶ οὐ φήσαντος εἰδέναι βοῖστί 8) εἰπεῖν, 9) εἰ δὲ αὐτὸς οἶδε, περισσῶς καὶ συμβουλεύειν, δεόν τῷ βοῦ παραινεῖν· προσελθὼν αὐτὸς 10) καὶ εἰς τὸ οὖς πολλὴν ᾠραν προσψιθυρίσας τῷ ταύρῳ, οὐ μόνον τότε αὐτὸν ἀμελλητὶ ἐκόντα ἀπέστησε τοῦ κυαμῶνος, ἀλλὰ καὶ εἰσαῦθις λέγουσι μηκέτι γεγεῦσθαι κυάμων τοπαράπαν τον βοῦν ἐκεῖνον. μακροχρονιώτατον δὲ ἐν τῇ Τάραντι κατὰ τὸ τῆς Ἡρας ἱερὸν γηρῶντα διαμεμενηκέναι, τὸν ἱερὸν 11) ἀνακαλούμενον Πυθαγόρου βοῦν ὑπὸ πάντων ἀνθρωπίναις τροφαῖς σιτούμενον, ἃς 62 οἱ ἀπαντῶντες αὐτῷ προσώρεγον. 12) Ἄετόν τε ὑπεριπτάμενον Ὀλυμπιάσι, προσομιλοῦντος αὐτοῦ τοῖς γνωρίμοις ἀπὸ τύχης περὶ τε οἰκωνῶν καὶ συμβόλων καὶ 13) διοσημείων, ὅτι παρὰ

8) εἰπεῖν] Porphyrius rectius, λαλεῖν. *Kust.*

9) εἰ δὲ αὐτὸς οἶδε περισσ.] *Lego et distingo; εἰ δὲ αὐτὸς οἶδε, περισσὸν τὸ ἄλλῃ συμβουλεύειν, δεόν τῷ βοῦ παραινεῖν. Sic sensus clarus. Kust. In Cis. pro οἶδε est εἶδε. Forsitan auctor scripsit εἶδειν. Praeterea nihil in vulgata lectione mutandum est. Quum enim ad συμβουλεύειν intelligendum sit αὐτόν, i. e. ipsum Pythagoram: περισσῶς recte est positum. Kiess.*

10) καὶ εἰς τὸ οὖς] Pro his quatuor voculis in Cis. tantum legitur οὖς. *Kiess.*

11) ἀνακαλούμενον — σιτεύμενον] Hic locus sic interpretungendus et scribendus videtur: ἀνακαλούμενον

des fabas prómiscue edentem vidisset, bubulcum hortatus est, vt bouem fabis abstinere iuberet. At bubulcus irrisit eum, et se bouatim loqui posse negauit; si vero ipse eius rei facultatem haberet, superfluum esse, quod se hortetur; quin ipse potius bouem officii admoneret. Accessit igitur ad aurem bouis, multisque diu insusurratis non solum effecit, vt bos ille sua sponte statim fabis abstineret, verum etiam posthac nunquam fabas degustaret. Dein longo tempore Tarenti vixit prope Iunonis templum iam vetulus, *Pythagorae bos* dictus, et ab obuiis omnibus cibis humano victui aptis alebatur. Ad haec Olympiae, . quum forte discipulis exponeret, aues, omina, fulminumque ostenta a diis mitti verae pietatis amantibus, vt

*Πυθαγόρου βοῦν ὑπὸ πάντων, καὶ ἀνθρωπίνης τροφῆς σιτούμενον.* Etiam in Porphyrio est *τροφῆς σιτούμενον*, ex quo iam Scaliger nostro loco scripsit *ἀνθρωπίνης τροφῆς*. Atque dubito an nusquam occurrat *σιτεῖσθαι* *τινα* pro *σιτεῖσθαι τι*. Vix enim pro datiuo afferri possunt loci, qualis hic est Xenoph. Cyrop. 8, 2, 5. — *συνείταξεν, ὅπως, οἷς αὐτὸς σιτοῖτο σίτοις, τοῦτοις ὅμοια ἀεὶ παρατίθειτο αὐτῷ;* vbi datiuus positus est per vsitatum Graecis attractionem. *Kiess.*

12) *Ἀετόν τε*] Historiae huius meminit etiam Plutarchus in *Numa*, p. m. 65. et Aelian. *Var. Hist.* libr. IV. cap. XVII. *Kust.* In *Ciz.* male *Ὀλυμπίασι* et *αὐτῷ*. *Kiess.*

13) *διοσημείων*] Male antea, *διὰ σημείων*; quod mendum etiam viderat Arcerius. *Kust.* In *Ciz.* *διασημείων*. *Kiess.*



θεῶν εἰσὶν ἀγγελίαι τινὲς <sup>14)</sup> καὶ αὐτοὶ τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλέσι τῶν ἀνθρώπων, κατα-  
 (48) γαγεῖν λέγεται, καὶ καταπήσαντα πάλιν ἀφεί-  
 ναι. διὰ τούτων δὴ καὶ τῶν παραπλησίων  
 τούτοις δέδεικται τὴν Ὀρφέως ἔχων ἐν τοῖς  
 θηρίοις ἡγεμονίαν καὶ <sup>15)</sup> κηλῶν αὐτὰ καὶ κα-  
 τέχων τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος τῆς φωνῆς προϊ-  
 ούση δυνάμει.

K E Φ. ιδ.

63 Ἀλλὰ μὴν <sup>1)</sup> τῆς τε τῶν ἀνθρώπων ἐπιμε-  
 λείας ἀρχὴν ἐποιεῖτο τὴν ἀρίστην, ἥνπερ ἔδει  
 προειληφέναι τοὺς μέλλοντας καὶ περὶ τῶν  
 ἄλλων τὰ ἀληθῆ μαθήσεσθαι ἐναργέστατα  
 γὰρ καὶ σαφῶς <sup>2)</sup> ἀνεμίμνησκε τῶν ἐντυχα-  
 νόντων πολλοὺς τοῦ προτέρου βίου, ὃν αὐτῶν  
 ἢ ψυχὴ πρὸ τοῦ τῶδε τῷ σώματι ἐκδεδῆναι  
 πάλαι ποτὲ ἐβίωσε. <sup>3)</sup> καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφι-  
 λέκτοις τεκμηρίοις ἀπέφαινε Εὐφορβὸν γε-  
 γονέναι, Πάνθου υἱόν, τὸν Πατρόκλου κατα-  
 γωνιστὴν· καὶ τῶν Ὀμηρικῶν στίχων μάλιστα

14) καὶ αὐτοὶ] Sic etiam Porphyrius. At voces hae videntur esse superuacuae: nisi quis forte καὶ αἰτοὶ legendum censeat, secundum opinionem viri docti, qui sic ad marginem codicis Spanhemiani rescripserat. Kust. In Porphyrio est αἰ αὐταί. Emendationem καὶ αἰτοὶ probarem, si legeretur ἄγγελοι. Hinc pro καὶ αὐτοὶ legere malim καὶ ταῦτα, et quidem. In iis quae proxime sequuntur, scripsi καταγαγεῖν, quod cum Porphyrio Cd. Ciz. praebet. In edd. Arc. et Kust. est μεταγαγεῖν. Kiss.

15) κηλῶν] Ita manifeste Ciz., quemadmodum vix do-

interpretes et quosdam velut internuntios, aquilam superuolitantem e sublimi deduxisse, manuque palpatam iterum dimisisse ferunt. His et aliis similibus demonstrauit, se aequae ac Orpheum dominari in fera animalia, eaque mansuefacere, et vocis ore prolatae virtute subigere.

## C A P. XIV.

Verum enim vero cum hominibus agendi initium fecit optimum, dum ea primum illos docuit, quae praepararent animos ad veritatem etiam in aliis rebus cognoscendam. Nam multos ex illis, qui eius utebantur familiaritate, perspicue clarisque indiciis admonebat prioris vitae, quam anima ipsorum, antequam isti alligata esset corpori, iam olim peregerat: seque ipsum ex certis et indubitatis signis demonstrabat Euphorbum fuisse Panthi filium, qui Patroclum deuicit: atque inter Homeri versus

ctus ad marginem codicis Spanhem. emendauerat, vitiosum *πυκλόν*, quod exstat in edd. Arc. et Kust. *Kiess.*

1) *τῆς τε*] Imo *τῆς γε* quamquam *γε* in nullo codice reperitur. *Kiess.*

2) *ἀνεμίμνησκε* — *πολλοὺς τοῦ προ.*] Ex Porphyrio haec sumpsit Iamblichus, apud quem eadem leguntur, Num. 26. 27. *Kust.* Deinceps *Ciz.* *αὐτὸν ἢ ψυχῇ.* *Kiess.*

3) *καὶ ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτ. τεκμ.*] Sic recte MS. Antea vero corrupte legebatur, *ἑαυτὸν δὲ ἀναμφιλέκτως, τεκμηρίον ἐπέφαινε*, etc. *Kust.* De ipsa re conf. Tiedemann. p. 259. *Kiess.*

ἐκείνους ἐξύμνει, καὶ μετὰ λύρας ἐμμελέστατα ἀνέμελλε, καὶ πυκνῶς ἀνεφώνει τους ἐπιταφίους ἑαυτοῦ,

(49)

4) Αἵματι οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,  
Πλοχοί θ', οἳ χόρσῳ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφῆκοντο.  
Οἶον δὲ τρέφει ἔργος ἀγῆρ ἐριθῆλές ἐλαίης  
Χάρῃ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ' ἄλις ἀναβέβρυχεν ὕδαρ,  
Καλόν, τηλεθάον, τὸ δὲ τε πνοαὶ δονίοναι  
Παντοίων ἀνέμων, καὶ τε βρῦσι ἀνθεῖ λευκῷ.  
Ἐλθὼν δ' ἐξαιπίνης ἀνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ  
Βόθρου ἴ' ἐξείσχεψε καὶ ἐξέτανυσ' ἐπὶ γαίῃ·  
Τοῖον Πάνθου υἷδν εὐμμελλῆν Εὐφορβον  
Ἀτρεΐδης Μενέλαος, ἐπεὶ κτάγε, τεύχε' εὐόλα.

Τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς 5) ἐν Μυκῆναις [ἀνακειμένης] σὺν Τρωϊκοῖς λαφύρασι τῇ Ἀργείᾳ Ἡρᾷ Εὐφῶρβου τοῦ Φρυγῶς τούτου ἀσπίδος 6) παρίεμεν ὡς πάντῃ δημόδιᾳ. πλὴν ὅγε διὰ πάντων τούτων 7) ἐβουλόμην δεικνύναι ἐκεῖνο ἔστιν ὅτι αὐτὸς τε ἐγίνωσκε τοὺς πρότερος ἑαυτοῦ βίους, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἐπιμελείας ἐντεῦθεν ἐνήρχετο, ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς ἧς εἶχον πρότερον ζωῆς.

4) Αἵματι οἱ δ.] Versus hi leguntur apud Homerum Il. p. 51 — 60. In Ciz. πλοχοί τε, tum pro ἐσφῆκοντο ibidem haec leguntur: ἐνοῖω πολλῶ εὐ ἤσκειντο (in marg. Cd. Spanhem. εὐ ἤσκειντο). Denique ἐλέγῃ pro ἐλαίης, et ἐξέτανυσε γαίης. Kiess.

5) ἐν Μυκῆναις] Adde ex Porphyrio, ἀνακειμένης. Kust. Propter verba τῇ Ἀργείᾳ Ἡρᾷ necessarium addendum est ἀνακειμένης, quod in nullo Iamblichii codice reperitur. Kiess.

inprimis laudabat, et ad lyram scitissime cantatos crebro in ore habebat illos sepulcrales:

*Ast olli maduit fuso coma pulcra cruore,  
Comtaque caesaries auro, argentoque reuincta.  
Quale per aestatem viridantis germen oliuae—  
Sedulus agricola in campó producit amoeno;  
Quam rigat allapsu vicinae rivulus undae:  
Et blandae mulcent animas clementibus auris,  
Laetaque candenti vestit sese undique flore.  
At si forte ruat vehementi turbine ventus;  
Sternit humi affligitque ima de stirpe reuulsam:  
Talem Panthoidem deiectum vulnere acerbo,  
Atrides vita exutum spoliabat et armis.*

Quae vero traduntur de Phrygis huius Euphorbi scuto inter alia Troiana spolia Mycenis Iunoni Argiuae dedicato, vt vulgaria praetermittimus. At enim quod per omnia isthaec indigitare volui, hoc est: et ipsum vitam suam anteactam cognouisse, et hominum informationem inde auspiciatum esse, quod illis vitae prioris memoriam refricaret.

6) παρίεμεν] In Ed. Arc. erat παρέσμον, pro quo Ciz. cum Kustero legit παρίεμεν. In margine Spanhem. notatum est παρήσομεν, in quod etiam Loganus p. 94. incidemat. *Kiess.*

7) ἐβουλόμην] Sic scripsi cum Scaligero pro βουλόμην, quod exstat in edd. Arc. et Kust. nec non in

Ciz. in quo est βουλομένων δεικνύναι. Kusterus malebat ἐβούλετο, minus commode. Denique Ciz. pro ἐνήχετο offert ἤχετο, quod verum esse existimo, quum ex vocabulo ἐντέθεν syllaba ἐν facile repetita lectionem ἐνήχετο procreasse videatur. *Kiess.*

## Κ Ε Φ. ιε.

64 \*) Ἡγούμενος δὲ πρώτην εἶναι τοῖς ἀν-  
 (50) θρώποις τὴν δι' αἰσθήσεως <sup>1)</sup> προσφερομένην  
 ἐπιμέλειαν, εἴ τις καλὰ μὲν ὄραφῃ καὶ σχή-  
 ματα καὶ εἶδη, καλῶν δὲ ἀκούουι ῥυθμῶν καὶ  
 μελῶν, τὴν διὰ μουσικῆς παιδευσιν πρώτην  
 κατεστήσατο δια τε μελῶν τινῶν καὶ ῥυθμῶν,  
 ἀφ' ὧν τρόπων τε καὶ παιθῶν ἀνθρωπίνων ἰά-  
 σεις <sup>2)</sup> ἐγίνοντο, ἀρμονίαί τε τῶν τῆς ψυχῆς  
 δυνάμεων, ὥσπερ εἶχον ἐξ ἀρχῆς, συνήγοντο,  
 σωματικῶν τε καὶ ψυχικῶν νοσημάτων κατα-  
 στολαὶ καὶ <sup>3)</sup> ἀφυγασμοὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπενο-  
 οῦντο. καὶ νῆ Δία τὸ ὑπὲρ πάντα ταῦτα λό-  
 γου ἄξιον, ὅτι τοῖς μὲν γνωρίμοις τὰς λεγο-  
 μένας <sup>4)</sup> ἐξαρτύσεις τε καὶ <sup>5)</sup> ἐπαφὰς συνέτατ-

\*) Quod sequitur fragmentum, complectitur sectiones a 64. ad 87. estque haud dubie sumtum e *Diogeni*. Quaecunque enim hic de Pythagoreorum musica, explorationibus, vitae genere et classibus narrantur, ea et re et saepe etiam verbis conveniunt cum iis, quae Porphyrius sect. 13. 32 — 48. e Diogene repetiit. *Meiners*. p. 276. sq.

1) προσφερομένην] Ita scripsi pro προσφερομένην, momente etiam Kustero. Ciz. deinceps ἐπιμέλειαν. Cura autem, quae adhibetur per sensus, ea est, quae sensuum auxilio vititur. Minus accurate interpretatus est Obrechtus. *Kiess*.

2) ἐγίνοντο] Ciz. ἐγίγοντο. *Kiess*.

3) ἀφυγασμοὶ] Ἰγιάζω est sanum reddo: vnde ἀφυγιάζω et ἀφυγιάσμός: quamvis (fator) sit vox insolens et Lexicis ignota. Hinc Arcerius et vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani ἀφαγασμοὶ scribendum existimabant, ab ἀφαγιάζω. Sed Desid. Heraldus Animadv. in Iambl. c. VI. τὸ ἀφυγασμοὶ recte retinendum censet.

## C A P. XV.

Quum vero existimaret, primo hominibus adhibendam esse doctrinam, quae sensu vtatur; qualis est, quum quis figuras speciesque pulchras videt, vel rhythmos et carmina elegantiora auribus haurit; proinde a Musica docendi fecit initium, modulationibus quibusdam et rhythmis, quibus mores atque affectus sanarentur, animi facultatum conuenientia primigena restitueretur, corporisque et animi morborum fuga medelaeque ab eo excogitabatur: et sane commemoratione ante alia dignum est, eum discipulis quidem suis illos, qui vocantur, apparatus musicos et attactus praescrripsisse et

Nam et infra cap. XXV. Iamblichus noster voce ἀφνυλαζον vtitur: vt idem Heraldus opportune monuit. *Kust.* Nihil est in composito ἀφνυλάζω, quo quis iure offendi possit. Praepositio ἀπό significat perfectionem, vt in ἀπεργάζεσθαι, perficere. De formula νῆ Δία, quae deinceps legitur, vid. Schaefer. *Melet. crit.* p. 62. Recurrit ea apud nostram cap. XVII. sect. 74. cap. XXVI. s. 115. cap. XXIX. sect. 162. Adde μὰ Δία, cap. XVI. sect. 70. *Kiss.*

4) ἐξαρτύσεις] Idem quod κατάρτυσις: qua voce Noster vtitur infra, initio capituli XVI. Quid autem Pythagorei appellauerint κατάρτυσις, docet Noster infra cap. XX, num. 95. *Kust.*

5) ἐπαφός.] Ad illustrandum vsum vocabuli ἐπαφή, quod est contractatio rei motae motus inhibendi causa, conf. locus Protrept. p. 336. καὶ οὖν ἐν νηρημίᾳ καθιστάναί τὴν ψυχὴν, ἀπεσιτέφονται τὴν ψυχὴν τοῦ θυμοῦ, ἐπιλαμβανόμενον ἑαυτοῦ πολλάνις, ὡςπερ ἤχουόντα χαλκὸν ἀφῆ. *Kiss.*

τε καὶ συνηρομόζετο, δαιμονίως μηχανώμενος  
 κεράσματα <sup>6)</sup> τινῶν μελῶν διατονικῶν τε καὶ  
 χρωματικῶν καὶ ἑναρμονίων, δι' ὧν ῥαδίως  
 εἰς τὰ ἐναντία <sup>7)</sup> περιέτρεπον καὶ περιῆγον τὰ  
 τῆς ψυχῆς πάθη, νέον ἐν αὐτοῖς ἀλόγως ἀνι-  
 στάμενα καὶ ὑποφνούμενα, λύπας καὶ ὄργας  
 καὶ ἐλέους καὶ ζήλους ἀτόπους καὶ φόβους,  
 (51) ἐπιθυμίας τε παντοίας καὶ θυμούς καὶ ὀρέ-  
 ξεις καὶ χαυνώσεις καὶ <sup>8)</sup> ὑπτιότητας καὶ σφο-  
 δρότητας ἐπαγορθούμενος πρὸς ἀρετὴν τούτων  
 ἕκαστον διὰ τῶν προσηκόντων μελῶν, ὡς διὰ  
 τινῶν σωτηρίων συγκεκραμένων φαρμάκων.  
 65 Ἐπί τε ὕπνον ἐσπέρας τρεπομένων τῶν <sup>9)</sup> ὁμι-  
 λητῶν, ἀπήλλαττε μὲν αὐτοὺς τῶν ἡμερινῶν  
 ταραχῶν καὶ <sup>10)</sup> ἐνηχημάτων, διεκἀΰαιρέ τε  
<sup>11)</sup> συγκεκλυδασμένον τὸ νοητικόν, ἡσυχούς  
 τε καὶ εὐνοεῖρους, ἔτι δὲ μαντικούς τοὺς ὕπνους

6) τινῶν] Prior Edit. male τινῶν: quod Arcerius tonorum verterat. Kust. Pro ἑναρμονίων in Ciz., ut in Arc. edit., est ἑναρμονίων. Kiess.

7) περιέτρεπον καὶ περιῆγον] Potius numero singulari, περιέτρεπε καὶ περιῆγε. Refertur enim ad Pythagoram. Kust. Non certa est haec mutatio; nam verba referri possunt ad familiares, qui modulationibus istis vterentur. Atque sic Obrechtus locum cepit. Kiess.

8) ὑπτιότητας] Ciz. ὑπτιότητας. Idem deinceps διὰ τινῶν σωτηρίων συγκεκραμένων φ. Kiess.

9) ὁμιλητῶν] Ita pro ὁμιλητικῶν dedi e Ciz., quemadmodum scribendum esse iam Arcerius monuerat. Kiess.

10) ἐνηχημάτων] Arcerius corrigere tentabat, ἐνοημάτων, vel ἐνθυμημάτων: sed male. Nam vox ἐνηχήματα recte se habet, et significat sonos, quibus aures nostras per-

concinnaſſe, diuina quadam ſolertia modulationes diatonicas, chromaticas et enharmonicas temperantem, quibus facile in contrariam partem flecterent et circumagerent vehementiores animae affectus, qui recens contra rationem in illis ſuborti erant; trititiam, iram, miſericordiam, aemulationes abſurdas, timorem, variasque cupiditates; item iracundiam et appetitus, animique inflationem et remiſſionem atque vehemenciam: ad rectam virtutis normam reuocantem horum ſingula conuenienti modulatione, velut medicamentis ſalubribus temperata. Et veſperi cubitum ituros diſcipulos a diurnis perturbationibus, et rerum actarum reſiduo tumultu liberabat, et mentem inſtar fluctus commotam repurgabat, quietosque et bonis inſomniis vaticiniisque concipiendis

*sonant, vel recens personuerunt: veluti sermones et dicta ab aliis prolata siue bona siue mala. Si igitur discipuli Pythagorae interdum quaedam audiissent obscœna, vel male ominata, et quae mentem illorum turbarent, eorum obliuionem Philosophus illis inducere conabatur, vt hac ratione animus ab impuris cogitationibus prorsus liberaretur. Quae autem hoc loco ἐνηχήματα, ea infra Num. 114. περιηχήματα vocat: quem locum confer. Kust. Ex hoc posteriore loco Cuperus Obseruat. p. 272. etiam hic περιηχημάτων legi iubebat, sine iusta causa. Kiess.*

21) *συγκλυδασμένον*] Et hanc vocem male sollicitat Arcerius. Vtrumque enim dicitur, et *κλυδάσθαι*, et *κλυδωνίζεσθαι*. Kust. Deinceps Ciz. τὸν νοητικόν, et paulo post, αὐτοὺς pro αὐτοῖς. Kiess.



αὐτοῖς ἀπειργάζετο. <sup>12)</sup> ἀπὸ δὲ τῆς ἐννῆς πάλιν ἀνοσταμένων, τοῦ νυκτερινοῦ κάρου καὶ τῆς ἐκλύσεως καὶ τῆς νυχελίας αὐτοῦς ἀπῆλλασσε διὰ πινῶν ἰδιοτρόπων ἡμαμάτων καὶ μελισμάτων ψιλῇ τῇ <sup>13)</sup> κράσει διὰ λύρας ἢ καὶ φωνῆς συντελουμένων. ἐαυτῷ δὲ οὐκ ἔθ' ὁμοίως δι' ὀργάνων ἢ καὶ ἀρτηρίας το ταιούτων ὁ ἀνήρ συνέταττε καὶ ἐπόριζεν· ἀλλὰ ἀρρήτω τινὲ καὶ δυσεπινοήτω θειότητι χρώμενος ἐνηπένιζε τὰς

(52) ἀκοάς, καὶ τὸν νοῦν <sup>14)</sup> ἐνήρειδε ταῖς μεταρσίαις τοῦ κόσμου συμφωνίαις, ἐνακούων, ὡς ἐπέφαινε, <sup>15)</sup> μόνος αὐτὸς καὶ συνιείς τῆς καθολικῆς τῶν σφαιρῶν καὶ τῶν κατ' αὐτὰς κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίας τε καὶ συναδίας, πληρέστερόν τι τῶν θνητῶν καὶ <sup>16)</sup> κατακορέ-

12) ἀπὸ δὲ] In Ciz. ἀπὸ τε. Tum νυκτερινοῦ. *Kiess.*

13) κράσει] Potius κρούσει, vt interpretem etiam legisse ex versione eius patet. *Kust.* At quis vnquam dixit κρούσει διὰ λύρας, et quid fiet vocabulo φωνῆς? Forsitan auctor scripsit: ἤτοι ψιλῇ κρούσει λύρας, ἢ καὶ διὰ φωνῆς συντελ. In sect. 114. nihil inest, quod huic loco lucem affundat. — Paulo post ἀρτηρία significat vocem. *Kiess.*

14) ἐνήρειδε] In MS. male, ἐνήρει δέ. Editio Arcerii habet, ἐνείρηδε: itidem corrupte. Nos veram lectionem Iamblichio restitimus; quam etiam interpres in versione sua expressit. *Kust.* In Ciz. perspicue exaratum est ἐνήρειδε. *Kiess.*

15) μόνος αὐτὸς] Ita scripsi iuventibus vsu loquendi et codice Ciz., pro μόνον αὐτὸς, quod exhibent editiones Arc. et *Kust.* *Kiess.*

16) κατακορέστερον μέλος] Prior Edit. habet κατακορέ-

habiles somnos conciliabat. A lecto autem resurgentibus exortiebat nocturnum languorem, remissionem et torporem per quosdam peculiari modo compositos cantus et modulationes, quae vel solo lyrae pulsu, vel etiam voce peragebantur. Sibi vero ipsi vir ille non aequè per instrumenta vocemque tale quid comparabat, sed ineffabili quadam et intellectu difficili diuinitate intendebat aures, mentemque sublimioribus mundi concentibus infigebat, atque ipse solus, vt apparebat, auditu et intellectu percipiebat vniuersalem sphaerarum et astrorum per eas motorum harmoniam et consonantiam, quae carmen aliquanto perfectius et intensius,

*οἶνον*: pro 'quo Arceus ἀνατακοροτόν (i. e. ipso ver-  
tente, quo nullus satiari posset) legendum putabat.  
Idem censuisse videtur eruditus Obrechtus, vt versio  
eius fidem facit. At vera lectio est ea, quam ex MS.  
hic representauimus; significatque cantum modulatis-  
simum, vel maxime intensum. Vti enim *κατακοροῆς οἶνος*  
dicitur vinum forte, vel merum, et *κατακορὸς χροῖμα*,  
color saturus, vel intensus: sic *κατακορῆστερον μέλος*  
recte et eleganter vocabitur id, quod diximus. Caete-  
rum, vt Iamblichus hoc loco *κατακορῆσταρον μέλος*,  
ita idem in Nicomachi *Arithm.* p. 169. *κατακορῆσταρον*  
*συμφωνίαν* dixit: et Nicomachus in *Enchirid. Harmon.*  
p. 9. Edit. Meibom. *κατακορῆστατήν συμφωνίαν*. Kust.  
His locis Kusterus in Praefat. ad Iambli. addit alium  
Nicomachi in *Enchirid. Harmon.* lib. I. p. 7. Edit.  
Meibom. *Δι' ὅς αἰτίας οὐκ ἐπακοομεν τῆς κοσμικῆς*  
*συμφωνίας, κατακορὸς τι καὶ παναρμόσιον φθέγγομένης.*  
*Propter quas causas non audimus mundanum concentum,*  
*scimus quid et omnino modulatum resonantem.*

ότερον μέλος φθεγγομένης διὰ τὴν ἐξ ἀνομοίων μὲν καὶ ποικίλως διαφερόντων ῥοιζήματων, ταχῶν τε καὶ μεγεθῶν καὶ 17) ἐποχήσεων, ἐν λόγῳ δέ τινι πρὸς ἄλληλα μουσικωτάτῳ διατεταγμένων, κίνησιν καὶ περιπόλησιν εὐμενεστάτην ἅμα καὶ ποικίλως περικαλλεστάτην ἀποτελουμένην. Ἀφ' ἧς ἀρδόμενος ὡσπερ καὶ τὸν τοῦ νοῦ λόγον εὐτάκτουμένος, 18) καί, ὡς εἰπεῖν, σωμασκούμενος εἰκόνας τινὰς τούτων ἐπενόει παρέχειν τοῖς ὁμιληταῖς, ὡς δυνάτὸν μάλιστα, διὰ τε ὀργάνων καὶ διὰ ψιλῆς τῆς ἀρτηρίας ἐκμιμούμενος. ἑαυτῷ γὰρ μόνῳ τῶν ἐπὶ γῆς ἀπάντων συνετὰ καὶ ἐπήκοα τὰ κοσμικὰ φθέγματα ἐνόμιζεν ἀπ' αὐτῆς τῆς

17) ἐποχήσεων] Interpretes, *vectionibus*. Sed non video, quo modo vox ista loco huic quadrare queat. Possunt quidem stellae vel planetae dici ἐποχῆσθαι τῷ αἰθέρι, i. e. *aethere vehi*, vel *per aethera inuehi*: sed tunc ἐπόησις non differet a κίνησις, quod statim sequitur: et hoc sensu ταυτολογία foret dicere, ἐξ ἐποχῆσεων κίνησιν. Quare puto Iamblichum scripsisse ἐποχῶν. Ἐποχῆ vero in Astronomicis notat *interuallum*, siue *definitum spatium circularum coelestium*, in quibus planetae feruntur; quae quidem significatio loco huic optime convenit. Vult enim Iamblichus dicere, Musicam mundanam siue coelestem confici ex motu planetarum, qui pro diuersis magnitudinibus, celeritatibus, et intervallis locorum, siue circularum, diuersos etiam edant sonos, et suauissimam quandam harmoniam efficiant. Nicomachus in *Enchirid. Harmonic.* p. 6. Edit. Meibom. de eodem argumento agens, voce ἐποχαι eo, quo dixi, sensu vsus est: quod emendationem nostram non parum confirmat. Ait enim: πάντα γὰρ τὰ ροιζούμενα φασὶ σώματα ψόφους ἀναγκαίως ποιεῖν, μεγάθει, καὶ τάξει φωνῆς; καὶ τότῳ παραλλαγμένους ἄλλήλων, ἧτοι παρὰ

quam quod apud mortales fieri solet, resp-  
nabant, et per dissimiles varieque diuersos  
stridores, celeritatibus, magnitudinibus et  
vectionibus certa quadam musices ratione  
compositis, conuersionem et circumactio-  
nem gratissimam simul et variis modis pul-  
cherrimam efficiebant: a qua velut irrigatus,  
et quoad mentis rationem bene compositus  
et quasi saginatus, ipse imagines quasdam  
horum cogitabat exhibere discipulis; eaque,  
in quantum fieri poterat, imprimis per in-  
strumenta et solam etiam vocem imitari.  
Sibi enim soli inter omnes, qui terram inco-  
lunt, datum existimabat, vt intelligeret ex-  
audiretque sonos vocis a mundo editae, id-

τοὺς ἐαντιῶν φθόγγους, ἢ παρὰ τὰς ἰδίας ταχύτητας, ἢ  
παρὰ τὰς ἐποχάς, ἐν αἷς ἐκάστου ῥῆμῃ συντελεῖται.  
Dicunt enim omnia corpora, quae celeriter feruntur, ne-  
cessario edere strepitus, magnitudine, et celeritate vocis,  
et loco inter se diuersos; vel propter sonos sibi peculiare,  
vel proprias celeritates, vel orbis, in quibus unumquod-  
que cum impetu fertur. Vides, tres hic poni causas,  
quare diuersi a corporibus motis soni edantur, μέγεθος,  
τάχος, et ἐποχή: quae ipsissimae causae et a Iamblichio  
hic memorantur. Quod autem Nicomachus loco ad-  
ducto ἐποχήν, id paulo post τόπον vocat. Addit enim:  
αἱ δὲ τρεῖς αὐταὶ διαφοραὶ τρανῶς δρῶνται περὶ τοὺς πλα-  
νήτας, μέγεθε τε καὶ τάχει, καὶ τόπῳ διαστάτας ἀλλήλων.  
Vt proinde dubium non sit, quin ἐποχή hic definitum  
spatium, vel locum, vel circulum significet, in quo  
corpus aliquod mouetur. Eodem modo, quo in Chro-  
nologicis ἐποχή dicitur periodus annorum, cuius ini-  
tium a memorabili aliquo euentu ducitur. Kust. In  
Ciz. antea est ταχῶν δέ. Kiess.

18) καί, ὡς εἰπείν] Kai in Ciz. vt apud Arc. deest. Kiess.

φυσικῆς πηγῆς τε καὶ ῥίξης, καὶ ἄξιον ἑαυτὸν  
 ἡγεῖτο διδάσκεισθαι τι καὶ ἐκμανθάνειν, καὶ  
 ἐξομοιοῦσθαι κατ' ἔφεσιν καὶ ἀπομίμησιν τοῖς  
 οὐρανίοις, ὡς ἐν οὕτως <sup>19)</sup> ἐπιτυχῶς πρὸς τοῦ  
 φύσαντος αὐτὸν δαιμονίου <sup>20)</sup> μόνον διοργα-  
 κωμένον· ἀγαπητὸν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις  
 ὑπελάμβανεν εἰς αὐτὸν ἀφορῶσι καὶ τὰ παρ'  
 αὐτοῦ χαριστήρια, δι' εἰκόνων τε καὶ ὑποδει-  
 γμάτων ὠφελείσθαι καὶ διορθοῦσθαι, μὴ δυ-  
 ναμένοις τῶν <sup>21)</sup> πρώτων καὶ εἰλικρινῶν ἀρχε-  
 67 τύπων ὡς ἀληθῶς ἀντιλαμβάνεσθαι· <sup>22)</sup> καθά-  
 περ ἀμέλει καὶ τοῖς οὐχ οἴοις τε ἀτενὲς ἐνορᾶν  
 (54) τῷ ἡλίῳ διὰ τὴν τῶν ἀκτίνων ὑπερφέγγειαν ἐν  
 βαθείᾳ συστάσει ὕδατος ἢ καὶ <sup>23)</sup> διὰ τετηκυίας  
 πίσεως ἢ κατόπρου τινὸς μελαναυγοῦς δεικνύ-  
 ειν ἐπινοοῦμεν τὰς ἐκλείψεις, φειδόμενοι τῆς  
 τῶν ὄψεων ἀσθενείας αὐτῶν, καὶ ἀντιῤῥοπόν  
 τινα <sup>24)</sup> κατάλαμψεν αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον ἀγα-

19) ἐπιτυχῶς] Hanc vocem, quam edd. Arc. et Kust. non habent, neque Obrechtus, expressit, addidi e Ciz. Tum in Obrechtii interpretatione haec verba legebantur: *a daemone ipsum afflante*; quae siue ex errore siue ex alia lectione, *φύσαντος*, nata mutavi. In Ciz. est πρὸ τοῦ φύσαντος — *μόνον διοργανωμένον*. *Kiess.*

20) μόνον] Vox haec exciderat ex priore Edit. quam ex MS. reuocauimus. *Kust.*

21) πρώτων] Sic recte MS. At prior Edit. male, *πραγμάτων*. *Kust.* Post πρώτων addidi καὶ e Ciz. quod apud Kust. et Arc. non exstat: ex eodemque cod. scripsi ὡς ἀληθῶς: nam in edd. Arc. et Kust. tantum ἀληθῶς legitur. *Kiess.*

22) καθάπερ] Ante hoc vocabulum in Kust. editione oratio distincta est puncto, quod sustuli. Deinceps

que ab ipso naturae fonte et radice, adeoque dignum se esse censebat, qui doceretur aliquid et disceret, quique coelestibus nitendo imitandoque assimilaretur; utpote qui solus a daemone, qui ipsum progenuerit, tam bene conformatus esset: caeteris vero hominibus sufficere putabat, ipsum et ipsius dona intueri, et ex imaginibus exemplisque proficere ac emendari, quum prima et sincera rerum archetypa vere apprehendere non possent: quemadmodum scilicet iis, qui ipsum solem propter splendoris eminentiam irretorta acie contemplari nequeunt, in aquae consistentis profunditate, aut in pice liquefacta, vel nigricantis fulgoris speculo, solis defectus ostendere solemus, oculorum imbecillitati parcentes, et sensum rei

pro ἐνορῶν ἐν τῷ ἡλίῳ scripsi ἐνορῶν τῷ ἡλίῳ, iubente usu loquendi et duce Cd. Ciz. in quo est ἀνορῶν τῷ ἡλίῳ. Praepositio ἐν orta erat ex ultimis infinitiui ἐνορῶν literis; ἀνορῶν autem non usitatum fuit. — Tum Ciz. ὑπερφειγγίαν. Kiess.

25) διὰ τεττηκυίας] Sic recte MS. At prior Edit. corrupte, διὰ τεταμίας: pro quo Arcerius διὰ τεττημένης, vel διατεταμυίας, a τάζω, infeliciter rescribendum putabat. Versio autem Obrechtii consentit cum lectione Codicis nostri MS. Kust. In Ciz. ut apud Arcer. πίσης. In margine codic. Spanhem. notata sunt, καὶ κατόπτρου, et ἄλλελπεις. Kiess.

24) κατάλαμπιν] Prior Edit. habet, κατάληπιν: quod auctoritate codicis MS. in κατάλαμπιν, mutavi. Est autem ἀντιρόσπος κατάλαμπις imago rei splendentia re-

πῶσιν, εἰ καὶ ἀνείμενωτέρων, μηχανώμενοι. Τοῦτο φαίνεται καὶ Ἐμπεδοκλῆς περὶ αὐτοῦ αἰνίττεσθαι, καὶ τῆς ἐξαιρέτου καὶ θεοδωρήτου ὑπὲρ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως, <sup>25)</sup> ἐν οἷς φησὶν·

<sup>25)</sup> Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,  
Ὅς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκίησατο πλοῦτον,  
Παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.  
Ὅπποτε γὰρ πάσαισιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσιν,  
Ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσεσκεν ἕκαστον,  
Καὶ τε θεῖκ' ἀνθρώπων καὶ τ' εἰκοσιν αἰῶνεσσι.

(55) Τὸ γὰρ περιώσια καὶ τῶν ὄντων πάντων λεύσεσκεν ἕκαστον, καὶ πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ εἰκότα ἐμφαντικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἦν ἐν τε τῷ ὄρῳ καὶ τῷ ἀκούειν καὶ τῷ νοεῖν.

percutta et archetypo pene par: vnde locus hic ita latine reddendus est: *Splendorem repercussum, qui archetypo pene par sit, vel etiam remissior, exhibere conantur illis, qui tali re delectantur.* Obrechtus vertit, *sensum rei aliquo modo vicinum*: vnde κατάληψιν eum quoque legisse apparet: quod miror, cum eodem, quo nos, codice MS. vsus fuerit. *Kust.* Nondum mihi persuasit Kusterus, suam rationem vnice probandam esse: cui iam hoc obest, quod substantiuum κατάληψις aliis locis non reperitur; deinde quod ἀντίληψις potius hanc vim habet, quam Kusterus suo vocabulo tribuit; ἀντιρόπος autem non est pene par, sed paris ponderis, ergo par; tum εἰ καὶ non significat vel etiam; denique splendor archetypo pene par, et splendor remissior in hac quidem orationis serie parum vel nihil differunt. Quae quum ita sint, lectionem κατάληψιν, quam etiam Cod. Ciz. tuetur,

aliquo modo vicinum, quamvis remissio-  
machinantes illis, qui tale quid amant. De  
hoc ipso eiusque singulari et supra alios  
homines illi concessa habitudine ita per ae-  
nigma cecinit Empedocles:

*Vir erat inter eos quidam praestantia doctus  
Plurima, mentis opes amplas sub pectore servans:  
Cunctaque vestigans sapientum docta reperta.  
Nam quoties animi vires intenderat omnes,  
Perspexit facile is cunctarum singula rerum  
Vsque decem vel viginti ad mortalia secla.*

Nam verba illa, *praestantia*, et *entium omnium*  
*perspexit singula*, ac *sapientiae opes*, et simi-  
lia, maxime designabant eius peculiarem,  
et prae caeteris accuratam habitudinem in  
videndo, audiendo, et intelligendo.

restituendam esse censeo, eademque hunc commodum  
sensum praebet: iis qui tale quid amant, paramus  
perceptionem siue comprehensionem (*eine Anschauung*),  
quae ipsius solis adspectum compenset, licet hoc ad-  
spectu paulo sit remissior. *Kiess.*

25) ἐν οἷς φησὶν] Haec desunt in Ciz. *Kiess.*

26) Ἦν δὲ τις κ. τ. λ.] Fragmentum hoc Empedoclis  
et reliqua, quae sequuntur ad finem vsque capituli hu-  
ius, leguntur etiam apud Porphyrium, Num. 50. 31.  
Caeterum, plura ex fragmento hoc Empedoclis men-  
da, quae in priorem Edit. irrepserant, partim aucto-  
ritate codicis MS. et partim Porphyrii, sustulimus.  
*Kust.* Vers. 4. in Ciz. est πάσῃσιν, vt in Sturzii  
edit. Empedoclis p. 533. Eodem versu Ciz. ὁπότε.  
Vers. 5. in edit. Sturz. ἕαστα. Vers. 6. Ciz. αἰώ-  
νισσι. Conf. de his versibus Sturz. adnot. p. 670.  
sqq. — In ultimis Ciz. vitiose τὸ ὄρῃν, τὸ ἀνοῦαι,  
τὸ νοεῖν. *Kiess.*



## Κ Ε Φ. ις.

68 Ἀὕτη μὲν οὖν ἤδη <sup>1)</sup> διὰ μουσικῆς ἐπιτηδεύετο αὐτῷ <sup>2)</sup> κατάρτυσις τῶν ψυχῶν. ἄλλη δὲ κάθαρισις τῆς διανοίας ἅμα καὶ τῆς ὅλης ψυχῆς διὰ παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων οὕτως ἠσκέτο παρ' αὐτῷ. τὸ γενικὸν τῶν περὶ τὰ μαθηήματα καὶ ἐπιτηδεύματα πόνων ᾤετο δεῖν <sup>3)</sup> ὑπάρχειν, καὶ τὰς τοῦ ἐμφύτου πᾶσιν ἀκρασίας τε καὶ πλεονεξίας βασιάνους τε ποικιλωτάτας καὶ κολάσεις καὶ ἀνακοπὰς πυρὶ καὶ σιδήρῳ [κατ' αὐτήν] συντελουμένας διαθεσμωθεῖν τῶν τοῖς χρωμένοις, ἃς οὔτε καρτερεῖν οὔτε ὑπομένειν δύναται τις κακὸς ὢν. πρὸς δὲ τούτοις ἐμφύτων ἀποχὴν πάντων καὶ ἔτι βρωμάτων τινῶν ταῖς <sup>4)</sup> ἐπειρίαις τοῦ λογι-

1) διὰ μουσικῆς] In priore Edit. (etiam in cod. Ciz. Kiess.) particula διὰ deest: quae tamen saluo sensu abesse non potest. Kust.

2) κατάρτυσις] Ex MS. pro κατάρτησις, quod prior Edit. habet. Kust.

3) ὑπάρχειν] Hoc verbum, quod cum τοῖς χρωμένοις coniungendum est, Obrechtus non expressit. Est autem, ut constat, ὑπάρχειν τῷός τι, ut cap. XII. init. alicui esse auctorem alicuius rei. — Ἐμφύτου deest in Ciz. Ibidem est ποικιλωτάτας τε, et κατ' αὐτήν συντελουμένας. Verba κατ' αὐτήν neque in Arg. neque in Kust. leguntur; eadem tamen etiam in margine cod. Spanhem. notata sunt. Videntur corrupta esse ex παραστά, de quo vid. Wolf. in Praef. ad Herodian. p. XVI. Kiess.

4) ἐπειρίαις] Est vox corrupta, pro qua Argerius ἐπιγρίαις, vel ἐμπυρίαις legendum censebat: sed male. Codex MS. habet ἐπιγρίαις. quod itidem vitiosum est. Nos legendum censemus ἐπαγωγυρίαις, vel ἀγρυ-

## CAP. XVI.

Atque haec per Musicam excolebatur ab ipso animorum adaptatio; alia autem mentis totiusque animae repurgatio per varia studia hunc in modum instituebatur. Generatim existimabat, suum esse, vt familiaribus auctor existeret congruentes circa disciplinas et studia labores exantlandi, vtque innatae omnibus intemperantiae plusque habendi libidini diuersissima experimenta et castigationes ac igne ferroque peragenda sufflamina iis praeciperet, quae homines ignaui sustinere aut pati non possent. Praeterea abstinentiam omnium animalium, vt et ciborum, qui rationis huma-

*πνίαις*: cuius emendationis inter alia et hanc habemus rationem, quod supra Num. 13. itidem corrupte legitur *ἐπαργίαν*, pro quo *ἀργονπνίαν* legendum esse manifestum est. Coniunguntur enim illic, *ὀλιγοῦπνίαν* et *ἐπαργίαν*. Porro, Pythagorici vigilantiam maximi faciebant; torporem vero et segnitiam auersabantur: eamque ob causam sedulo cauebant, ne cibos ederent, quos *ὕπνωδῃ κατάστασιν* inducere posse crederent. Vnde apparet, sensum emendationi nostrae non parum fauere: dummodo, transposita vocula *καί*, τὸ *λογισμοῦ* ad *εἰλικρινεῖλαις* tantum referas, non vero etiam ad *ἀργονπνίαις*, hoc modo et ordine: *ταῖς ἀργονπνίαις, καὶ ταῖς τοῦ λογισμοῦ εἰλικρινεῖλαις*, etc. Sic sane omnia erunt clara. Caeterum erat etiam, cum pro *ἐπεργίαις* legendum censerem *ἐνεργείαις*: sed prius magis placet. Confer etiam Nostrum infra cap. XXXI. vbi totus hic locus repetitur. *Kust.* In Cd. Ciz. aequae atque in margine cod. Spanhem. est *ἐπεργίαις*, ad cuius corrupti vocabuli similitudinem propius quam id, quod

(56) ὁμοῦ καὶ εἰλικρινείαις ἐμποδιζόντων κατέδει-  
 ξεν <sup>5)</sup> τοῖς ἑταίροις, ἐχεμυθίαν τε καὶ παντε-  
 λῆ σιωπὴν πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦ-  
 σαν ἐπὶ ἔτη πολλά, σύντονόν τε καὶ ἀδιάπνευ-  
 στον περὶ τὰ δυσληπτότατα τῶν θεωρημάτων  
 69 ἐξέτασιν τε καὶ ἀνάληψιν· διὰ ταῦτα δὲ καὶ  
 αἰοινίαν καὶ ὀλιγοσιτίαν καὶ ὀλιγοῦπνίαν, δό-  
 ξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτη-  
 δευτον <sup>6)</sup> καταφρόνησιν τε καὶ κατεξανάστασιν,  
 καὶ αἰδῶ μὲν ἀνυπόκριτον πρὸς τοὺς προσή-  
 κοντας, πρὸς δὲ τοὺς <sup>7)</sup> ὁμήλικας ἄπλαστον  
 ὁμοιότητα καὶ φιλοφροσύνην, <sup>8)</sup> συνεπίτασιν  
 τε καὶ παρόρμησιν πρὸς τοὺς νεωτέρους φθό-  
 νου χωρὶς· <sup>9)</sup> φιλίαν δὲ πάντων πρὸς ἅπαντας,  
 εἴτε θεῶν πρὸς ἀνθρώπους δι' εὐσεβείας καὶ  
 ἐπιστημονικῆς θεωρίας, εἴτε δογμάτων πρὸς  
 ἀλληλα καὶ καθόλου ψυχῆς πρὸς σῶμα, λο-  
 γικῶν τε πρὸς τὰ τοῦ ἀλόγου διὰ φιλοσοφίας

Kusterus suasit, accedit ἐπεργίαις· quod tamen dubiae  
 est auctoritatis. At si conferas cap. XVII. sect. 74.,  
 vbi ψυχῆς εὐαγείαις memorantur, potius εὐαγείαις legen-  
 dum esse videbitur. *Kiess.*

5) τοῖς ἑταίροις] In Ciz., vt in edit. Arc., ἐν τοῖς ἑτέροις.  
 Deinceps in Ciz. corrupte, εὐδιαπλίευστον. — Post  
 σιωπὴν comma deleui. Parum accurate Obrechtus ver-  
 terat: manu eos ducens ad linguam refragendam. Nam  
 συνασκοῦσαν h. l. idem est quod συναρμότιουσαν. — Pro  
 αἰοινίαν, quod sequitur, in Ciz. vt in margine cod.  
 Spanhem. est ἀνοινίαν, et pro δόξης τε in Ciz. δόξης δέ.  
*Kiess.*

6) καταφρόνησιν] Antea male, φρόνησιν. *Kz's t.* Etiam  
 in Ciz. est φρόνησιν. *Kiess.*

nae promptitudinem - puritatemque impedi-  
rent, commendauit discipulis, orisque con-  
tinentiam et omnimodum ad linguam refre-  
nandam aptum silentium, et intentum at-  
que indefessum examen difficiliorum specu-  
lationum, earumque ruminacionem. Pro-  
pterea praescripsit eis vini abstinentiam et  
cibi somnique vsum moderatum; gloriae  
vero et opum atque his similium contem-  
tum in affectatum, animumque illis debel-  
landis paratum: erga propinquos sinceram  
reuerentiam; erga pares non fictam aequa-  
bilitatem; erga iuuenes humanitatem, pro-  
fectuum adiumenta et admonitiones inuidia  
vacuas. Amicitiam porro omnium erga  
omnes, siue deorum erga homines, benefi-  
cio pietatis et scientiae contemplatiuae, siue  
dogmatum inter se, et in vniuersum animae  
et corporis, partisque rationalis cum irra-  
tionali per philosophiam eiusque specula-

7) *δηήλικας*] Sic MS. At prior Edit. corrupte, *δημηλικός*.  
*Kust.* Etiam Ciz. *δημηλικας*. Scaliger emendabat  
*δημηλικός*, quemadmodum etiam Arcerius, quod iure  
repudiavit Cuperus in Obs. p. 273. monens, Pytha-  
goram hic non docere, quomodo ille erga suos disci-  
pulos se gerere debeat, sed quomodo aequalibus inter  
se agendum sit. Etiam Reinesius corrigit *δηήλικας*. *Kiess.*

8) *συνεπίτασιω*] Infra Num. 188. est *συνεπίστασις*. *Kiess.*

9) *φιλιαν δὲ πάντων προ.*] Totus hic locus repetitur infra,  
cap. XXXIII. vbi quaedam rectius leguntur. *Kust.*  
Cd. Ciz. vt Arc. edit. *φιλιαν*. Idem Ciz. *θειόν* pro *θειών*,  
et paulo inferius *άνθρωπον* pro *άνθρώπων*. *Kiess.*

καὶ τῆς κατὰ ταύτην θεωρίας, εἴτε ἀνθρώπων  
 πρὸς ἀλλήλους, πολιτῶν μὲν <sup>10)</sup> διὰ νομιμό-  
 (57) τητος [μὲν] ὑγιούς, ἑτεροφύλων δὲ διὰ φυ-  
 σιολογίας ὀρθῆς, ἀνδρὸς δὲ πρὸς γυναῖκα ἢ  
 ἀδελφοὺς καὶ οἰκείους διὰ κοινωνίας ἀδιαστρό-  
 φου, εἴτε συλλήβδην <sup>11)</sup> πάντων πρὸς ἅπαντας  
 καὶ προσέτι τῶν ἀλόγων ζώων τινὰ διὰ δι-  
 καιοσύνης καὶ φυσικῆς ἐπιπλοκῆς καὶ κοινό-  
 τητος, εἴτε καὶ σώματος καθ' ἑαυτὸ θνητοῦ  
 καὶ τῶν ἐγκεκρυμμένων <sup>12)</sup> αὐτῷ ἐναντίων δυ-  
 νάμεων εἰρήνευσιν καὶ συμβιβασμὸν δι' ὑγεί-  
 ας καὶ εἰς ταύτην διαίτης καὶ σωφροσύνης  
 70 κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις  
 εὐετηρίας. <sup>13)</sup> ἐν πᾶσι δὴ τούτοις ἐνὸς καὶ τοῦ  
 αὐτοῦ κατὰ σύλληψιν καὶ συγκεφαλαίωσιν  
 ὀνόματος τοῦ τῆς γιλίας εὐρετῆς καὶ νομοθε-

10) διὰ νομιμότητος] Sic rescripsi, auctore ipso Iamblichio, cap. XXXII. vbi, vt dixi, haec ipsa repetuntur. Codex MS. habet *διανομιμέτατα*. At prior Edit. corruptissime *διανομίμιτο*: pro quo Arcerius ἀστόχως rescribendum putabat, *διανενόμετο*. Erit autem *νομιμότης* proprie, vita legitima, siue obedientia erga leges: quae vox insolens quidem est et Lexicis ignota: sed quales non paucae aliae apud Nostrum reperiuntur. *Kust.* In Cd. Ciz. scriptum est *διανομιμο* <sup>11)</sup>, quae est ipsa genuina lectio διὰ νομιμότητος: conf. Bastii Comment. Palaeogr. adiecta Schaeferi editioni Gregor. Corinth. p. 790, collata tab. V. num. 15. eademque est lectio Arcerii codicis, delati in bibliothecam Franekeranam; quod monnit Valckenar. Epist. ad Røuerum p. 517. in Berolin. edit. Theocriti. — Cuperus in Obs. p. 275. corrigebat διὰ νομίμου ὑγιούς, propter verba Gellii II, 7. *ὑγίης νόμιμον διεξενημένον*.

tiones, siue hominum inter se, ciuium, puta, per sanam legislationem, peregrinorum per rectam rerum naturalium doctrinam, mariti vero in vxorem aut fratres aut propinquos, per communionem indistortam, docuit, siue, vt summatim dicam, erga omnes omnium, animalium etiam irrationabilium, per iustitiam et naturalem necessitudinem communionemque: denique latentium in corpore per se mortali et contrariarum facultatum pacificationem, et arctam conciliationem ope sanitatis, huicque congrui victus et temperantiae, salubri mundanorum elementorum statui similem. Haec omnia sigillatim ad idem amicitiae nomen, velut compendio ad vnum caput reuocata, absque

Denique Ciz. vt Arcer. μὲν ante ὑγιούς omittit: quod utique rectius abest; hinc certe vnq̄is inclusi. *Kiess.*

21) πάντων πρὸς ἅπαντας] Locum hunc, ante mutilum, ex Codice MS. supplēui. In priore enim Edit. desunt verba haec: ἅπαντας, καὶ προσέτι τῶν ἀλόγων ζῶων γινά, διὰ δικαιοσύνης. *Kust.* Verbum ἐπιπλοκής, quod sequitur, deest in Ciz., item καὶ post θνητοῦ. *Kiess.*

22) αὐτῶ] In Arc. edit. εἰαυτῶ, in Ciz. εἰαυτόν. Idem Ciz. καὶ τῆς εἰς ταύτην, et post μίμησιν habet τοῖς προτῆς. *Kiess.*

23) ἐν πᾶσι ὅῃ τούτοις ἐνός] Sic hunc locum mutauit e sectione 230. Ante enim nullo sensu legebatur, πάντων τούτων ἐν ἐνός. — Pro κατὰ σύλληψιν Ciz. habet κατάλληψιν. Ibidem, vt in edit. Arc., deest ἐγένετο. Deinceps Arcer. πρὸς θεούς, cum quo consentit Ciz., in quo est πρὸς τοὺς θεούς. *Kiess.*

της ὁμολογουμένως Πυθαγόρας ἐγένετο, καὶ  
 διόλου τῆς ἐπιτηδειοτάτης πρὸς τοὺς θεοὺς  
 ὁμιλίας <sup>14)</sup> ἕπαρ τε καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους  
 αἰτιώτατος τοῖς περὶ αὐτόν· ὅπερ οὔτε ὑπὸ  
 ὀργῆς τεθολωμένη περιγίνεται ποτε ψυχῇ, οὔτε  
 ὑπὸ λύπης, οὔτε ὑπὸ ἡδονῆς, οὔτε τινὸς ἄλλης  
 (58) αἰσχρᾶς <sup>15)</sup> ἐπιθυμίας παρηλλαγμένη, μὰ Δία,  
 οὐδὲ τῆς τούτων ἀπασῶν ἀνοσιοτάτης τε καὶ  
 χαλεπωτάτης ἀμαθίας. ἀπὸ δὲ τούτων ἀπάν-  
 των δαιμονίως ἰάτο καὶ ἀπεκάραιρε τὴν ψυ-  
 χὴν, καὶ <sup>16)</sup> ἀνεξωπύρει τὸ θεῖον ἐν αὐτῇ καὶ  
 ἀπέσωξε, καὶ περιῆγεν ἐπὶ τὸ νοητὸν τὸ θεῖον  
 ὄμμα, κρεῖττον ὄν σωθῆναι. <sup>17)</sup> κατὰ τὸν  
 Πλάτωνα μυρίων σαρκίνων ὁμμάτων. μόνῃ  
 γὰρ αὐτῷ διαβλέψαντι, καὶ οἷς προσῆκε βοή-  
 θήμασι τονωθέντι καὶ διαρθρωθέντι, ἢ περὶ  
 τῶν ὄντων ἀπάντων ἀλήθεια διορᾶται. πρὸς  
 δὲ τοῦτο ἀναφέρων ἐποιεῖτο τὴν τῆς διανοίας  
 κάθαρσιν. καὶ ἦν αὐτῷ τῆς παιδείσεως ὁ τύπος  
 τοιοῦτος καὶ πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων.

<sup>14)</sup> ἕπαρ τε καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους] In MS. vitiose  
 exaratum erat, ὑπέρ τε καὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. Ni-  
 mirum τὸ ὕπνους error librarii mutauerat in ἄνους;  
 quod, si plene scribas, est ἀνθρώπους. Kust. In Ciz.  
 perspicue ita scriptum est, vt correxit Kusterus.  
 Kiess.

<sup>15)</sup> ἐπιθυμίας] Sic pro ἐπιθυμίας, quod prior Edit.  
 (etiam cod. Ciz. Kiess.) habet, legendum esse, recte  
 monuit Desid. Heraldus Animaduvers. in Iambli. cap.  
 VI. Kust. Deinceps Ciz. παρηλλαγμένους. Verba pro-  
 xima, μὰ Δία, οὐδέ, videntur ita transponenda esse:  
 οὐδέ, μὰ Δία. Formulae enim νῆ Δία, et μὰ Δία,  
 praemittuntur ei enunciationi, cui plus, quam ceteris,

dubio inuenit et sanciuit Pythagoras, fuitque, vt summatim dicam, suis discipulis vnicus auctor, vt vigilantes aequae ac dormientes cum diis versarentur quam accommodatissime. Quod ipsum sane non cadit in vllam animam ira aut dolore ac tristitia, aut alia turpi cupiditate conturbatam, et e tranquillitatis statu deturbatam, vel, quod turpius his omnibus difficiliusque foret, ignorantia inquinatam. Quibus omnibus animam diuinis modis repurgatam sanabat et coelestem eius particulam refocillabat, saluamque ad consequendum intellectum diuinum oculum, infinitis oculis corporis, vt Plato ait, nobiliorem, reducebat. Huius enim solius ope rerum ipsarum veritas perspicitur, si eius acies adiumentis conuenientibus exacuatur et corroboretur. Eo itaque respiciens Pythagoras mentis purificationem adornabat: hacque etiam formula institutionis utebatur, et hic ei scopus propositus erat.

ponderis additur. Vide loca citata ad cap. XV. not. 3. *Kiess.*

16) ἀνεζωπύρου ] *Ciz.* vt *Arcer.* ἀνεζωπύρου. *Iidem* deinceps ἐν ἰσραῆν pro ἐν αὐτῆν. *Kiess.*

17) κατὰ τὸν Πλάτωνα ] *Locus* Platonis, ad quem *Iamblichus* respicit, exstat lib. VII. de *Republ.* p. 485. *Edit. Lugdun.* (Vol. VII. p. 154. *Bip.*). *Eundem* Platonis locum adducit etiam *Theon* in *Mathematicis*, pag. 5. *Kust.* In *Ciz.* desunt verba, καὶ διαφθροθίτου. *Kiess.*



## Κ Ε Φ. ιζ.

- 71 1) Παρεσκευασμένῳ δὲ αὐτῷ οὕτως εἰς τὴν παιδείαν τῶν ὁμιλητῶν προσιόντων τῶν ἐταίρων καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν, οὐκ εὐθύς συνεχώρει, μέχρις ἂν αὐτῶν τὴν δοκιμασίαν καὶ τὴν κρίσιν ποιήσῃται· πρῶτον μὲν πυνθανόμενος, πῶς τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς οἰκείοις τοῖς λοιποῖς εἰδὼν ἁμιληκότες· ἔπειτα
- (59) θεωρῶν αὐτῶν τοὺς τε γέλωτας τοὺς ἀκαίρους, καὶ τὴν οἰωπὴν, καὶ τὴν λαλιὰν παρὰ τὸ δέον, ἔτι δὲ τὰς ἐπιθυμίας, τίνες εἰσὶν, καὶ τοὺς γνωρίμους, οἷς ἐχρῶντο, καὶ τὴν πρὸς τούτους ὁμιλίαν, καὶ πρὸς τίνι μάλιστα τὴν ἡμέραν σχολάζουσι, καὶ τὴν χαρὰν καὶ τὴν λήπην ἐπιτίσι τυγχάνουσι ποιούμενοι. προσεθεώρει δὲ καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν πορείαν, καὶ τὴν ὅλην τοῦ σώματος κίνησιν· τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίμασι φυσιογνωμονῶν αὐτοὺς σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἡθῶν ἐν τῇ ψυχῇ.
- 72 Καὶ ὄντινα δοκιμάσειεν οὕτως, ἐφίει τριῶν ἐτῶν ὑπερορᾶσθαι, 2) δοκιμάζων πῶς ἔχει βε-

1) Παρεσκευασμένῳ κ. τ. λ.] Parum accurate Obrechtus hunc locum interpretatus est, qui sic intelligi debet: Quum sic se comparasset ad discipulorum institutionem, h. e. quum in discipulis instituendis hanc rationem sequeretur. Verum pro τῶν ἐταίρων videtur legendum esse τινῶν ἐτέρων. Nam qui ad Pythagorae cohortem accedere cupiebant, ii nondum erant ἐταῖροι; atque vocabula ἐταῖρος et ἕτερος innumeris locis confundi constat. — Post λοιποῖς pro τοῖς, quod Kust. dedit, in Arc. est πάρισιν, in Ciz. πάρισιν. In eodem Ciz. paulo post τίνες εἰσὶν, et pro ἐπὶ τῶν, ἐπὶ τοῖς:

## C A P. XVII.

Praeparatione hac adhibita discipulorum suorum institutioni, non statim recipiebat eos, qui in amicorum convictorumque suorum numero haberi volebant, donec ipsorum explorationem diiudicationemque instituisset. Primum enim inquirebat, quo animo quoque affectu parentes aliosque familiares prosequuti essent: deinde notabat risus ipsorum intempestiuos, silentium, sermonisque abusum: tum quo cupiditatibus modo indulgerent; quos haberent sibi familiares, et quo pacto cum illis viverent; denique quibus potissimum rebus interdium vacarent; quibus item gauderent dolerentue. Inspiciebat et vultum et incessum et totius corporis motus: atque ex natiuis faciei lineamentis ipsos ita noscitabat, vt manifesta indicia obscuris animorum inclinationibus indagandis adhiberet. Quem autem ita probasset, eum triennio contentim haberi iubebat, explorans eius constantiam verum-

denique pro *γνωρίμασι γνωρίσματα*, quod Reinesius correxit. *Kiess.*

- 2) *δοκιμάζων*] Neque hic probandus Obrechtus, interpretans, *neq; tamen intermittebat* — *observare*. Scriptoria enim mens est, per ipsum illum triennii contemptum Pythagoram exploravisse, quam essent constantes, quamque vero discendi studio agerentur ii, qui ad suum sodalitiū admitti cuperent. — Pro *πενταετη* *Cix.* corrupte *πάντα ἑτῆ*. *Kiess.*

βαιότητος καὶ ἀληθινῆς φιλομαθίας, καὶ εἰ  
 πρὸς δόξαν ἰκανῶς παρεσκευάσται, ὥστε κατα-  
 φρονεῖν τιμῆς. μετὰ δὲ τοῦτο τοῖς προσιούσι  
 προσέτατε σιωπὴν πενταετῆ, ἀποπειρώμενος,  
 πῶς 3) ἐγκρατῶς ἔχουσιν, ὡς χαλεπώτερον τῶν  
 ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο, τὸ γλώσσης κρα-  
 τεῖν· καθὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυστήρια νομοθε-  
 τησάντων ἐμφαίνεται ἡμῖν. 4) ἐν δὲ τῷ χρόνῳ  
 τούτῳ τὰ μὲν ἐκάστου ὑπάρχοντα, τουτέστιν  
 αἱ οὐσίαι, ἐκοινοῦντο, διδόμενα τοῖς ἀποδε-  
 δειγμένοις εἰς τοῦτο γνωρίμοις, οἵπερ ἐκα-  
 λοῦντο πολιτικοὶ καὶ οἰκονομικοὶ τινες καὶ  
 νομοθετικοὶ ὄντες. αὐτοὶ δὲ 5) εἰ μὲν ἄξιοι  
 (60) ἐφαίνοντο τοῦ μετέχειν δογμάτων, ἕκ τε βίου  
 καὶ τῆς ἄλλης ἐπιεικειᾶς κριθέντες, μετὰ τὴν  
 6) πενταετῆ σιωπὴν 7) ἐσωτερικοὶ λοιπὸν ἐγί-  
 νοντο, καὶ ἐντὸς 8) σινδόνος ἐπήκουον τοῦ  
 Πυθαγόρου μετὰ τοῦ καὶ βλέπειν αὐτόν· πρὸ  
 τούτου δὲ ἐκτὸς αὐτῆς καὶ μηδέποτε αὐτῷ  
 ἐνορῶντες μετεῖχον τῶν λόγων διὰ ψιλῆς ἀκοῆς  
 ἐν πολλῷ χρόνῳ διδόντες βάσανον τῶν οἰκείων  
 73 ἡθῶν· 9) εἰ δ' ἀποδοκιμασθεῖσάν, τὴν μὲν

3) ἐγκρατῶς ἔχουσιν] Sic ex codice MS. locum hunc emendavi et distinxi. Ante enim male legebatur, ἐγκ. ἔχουσιν πρὸς χαλεπ. Kust.

4) ἐν δὲ] In Ciz. ἐν δέ. Idem cum marg. Cod. Spanh. pro ἐκάστου praebet ἕκαστα. Item Ciz. ἐκοινοῦντο. Tum idem ante τοῦτο omittit eis. Kiess.

5) εἰ μὲν] Ita scripti propter oppositum εἰ δὲ pro οἱ μὲν, quod Kust. habet. In Ciz. et marg. Spanh. est οἱ μὲν, ibidemque μετασχεῖν pro μετέχειν. Kiess.

que discendi studium, et an aduersus gloriam satis firmus honorisque contemptor esset. Post hæc imperabat suis quinquennale silentium, vt sciret, quantum possent in continentia, quippe quum linguam continere ceteris continentiae experimentis sit difficilius, vti significatum est ab iis, qui mysteria instituerunt. Interea temporis quicquid facultatum opumque quisque possidebat, in medium conferebatur, et aliis ad hoc ipsum destinatis, qui politici et oeconomici et legislatores nominabantur, dispensandum committebatur. Ipsi vero, si post quinquennale silentium ex vitae ceteraque ingenii modestia digni habebantur, quibuscum dogmata communicarentur, deinceps fiebant interioris admissionis discipuli, et intra velum audiebant iuxta videbantque Pythagoram: antea enim obducto velo extrinsecus citra praeceptoris adspectum ab ore eius pendebant, diuturnumque morum suorum experimentum dabant. Sin vero reiciebantur

6) πενταετη] Ciz. πενταετην. Comma post σιωπήν sublatum transtuli post participium κριθέντις. Poterant autem verba, μετὰ πενταετη σιωπήν, hoc quidem loco prorsus omitti.

7) ἐσωτερικοὶ λουπ. ἐγ.] Vide Schefferum *de Philosophia Ital.* cap. XI. p. 105. *Kust.* Adde Meinersium l. c. p. 461. sqq. et Tiedemann. p. 297. sqq. *Kieß.*

8) συνδόνος] In Ciz. συνδόνος. Ibidem paulo post πρὸς τοῦτον, et τὸν λόγον. *Kieß.*

9) εἰ δ'] Post ἡθῶν Kusterus plene interpunxerat. *Kieß.*

οὐσίαν ἐλάμβανον διπλῆν, <sup>10)</sup> μνήμα δὲ αὐ-  
 τοῖς ὡς νεκροῖς ἐχώννυτο ὑπὸ τῶν ὀμακόων·  
 οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο πάντες οἱ περὶ τὸν ἄνδρα·  
 συντιγγάνοντες δὲ αὐτοῖς οὕτω συνετύγγανον,  
 ὡς ἄλλοις τισὶν· ἐκείνους δὲ ἔφρασαν τεθνήσκειν,  
 οὓς αὐτοὶ ἀνεπλάσαντο, καλοὺς κἀγαθούς  
 προσδοκῶντες ἔσεσθαι ἐκ τῶν μαθημάτων·  
<sup>11)</sup> ἀδιοργανώτους τε, καί, ὡς εἰπεῖν, ἀτελεῖς  
 τε καὶ στεριώδεις ὄντο <sup>12)</sup> τοὺς δυσμαθεστέ-  
 74 ρους. <sup>13)</sup> Εἰ δὲ μετὰ τὸ ἐκ μορφῆς τε καὶ  
 βαδίσματος καὶ τῆς ἄλλης κινήσεώς τε καὶ  
 καταστάσεως ὑπ' αὐτοῦ φυσιογνωμονηθῆναι  
 καὶ ἐλπίδα ἀγαθῆν περὶ αὐτῶν παρασχεῖν, με-  
 τὰ πενταετῆ βιωπῆν, <sup>14)</sup> καὶ μετὰ τοὺς ἐκ τῶν  
 τοσῶνδε μαθημάτων ὀργιασμοὺς καὶ μνήσεις,  
 (61) ψυχῆς τε ἀπορρήψεις καὶ καθαρμοὺς τοσοῦ-  
 τος, τε καὶ τηλικούτους καὶ ἐκ ποικίλων οὐ-  
 τω θεωρημάτων <sup>15)</sup> προσοδεύσαντες, δὲ οὓς

10) μνήμα δὲ αὐτοῖς ὡς νεκρ.] Vide eundem Schefferum in dicto opere, sub finem cap. XII. Kust. Adde Meiners. p. 460. sq. — Pro τεθνήσκειν Ciz. cum Arc. τεθνήσκειν. Kiess.

11) ἀδιοργανώτους] Id est, malis organis a natura instructos. Sic supra Num. 66. Noster vsus est voce διοργανωμένος: et alibi voce διοργάνωσις. Kust. His verbis synonyma sunt ἀφύης, et εὐφύης, de quibus vid. Holstenium ad Porphyrr. p. 4. et Rittershus. ad eundem, p. 8. Kiess.

12) τοὺς δυσμαθεστέρους] Sic MS. At prior Edit. minus recte, τοὺς ὀμαθεστέρους. Kust.

13) Εἰ δὲ] Ciz. et Arc. εἰ γε, Par. e marg. Spanhem. εἰ τε. Paulo post pro ὑπ' αὐτοῦ in Ciz. vt in edit.

tur, opum, quas contulerant, duplum recipiebant, iisque monumentum exstruebatur ab homacois (sic enim omnes huius viri discipuli vocabantur): qui si quando illis obuii facti essent, cum iis tanquam cum aliis quibusdam agebant; ipsos vero dictitabant mortuos, quos hac spe reformauerant, fore ut ope disciplinarum in bonos honestosque viros euaderent. Sed qui ad discendum tardi erant, illos male conformatos, et, ut ita dicam, imperfectos sterilesque iudicabant. Sin post peractam explorationem ex forma, ingressu, motu, habitu, post spem bene de ipsis conceptam, post quinquennale silentium, post tot disciplinarum orgia et initiationes, post animae purgationes et emundationes, post peragrata tot, tanta et tam varia theoremata, ex

Arg. est ὑπ' αὐτῶν. Ibidem περὶ αὐτοῦ pro περὶ αὐτῶν. *Kies.*

14) καὶ μετὰ τοὺς ] In Ciz. καίτοι μετὰ τοὺς. Ibidem deinceps ἐν τῶν ἰσῶν δέ, ubi Scaliger τῶν delet. *Kies.*

15) προσοδύσαντες ] Vocem hanc libens obelo confixerim. Non solum enim nihil ad rem facit, sed etiam sensum et seriem orationis turbat: siquidem accusatiui illi, καθαρῶς, etc. pendent a praecedenti μετὰ, nec ullo verbo ad sui constructionem opus habent. Deinde pro δι' οὗς, quod statim sequitur, lego δι' ὧν. *Kust.* Schneidero in Lexico suo προσοδύσειν h. l. significare videtur, instruere tanquam viatico. Quam viri egregii rationem meam facere non possum. In Cd. Ciz. est προσοδύσαντες. Pro quo si legas προσοδύσαντας, idque referas ad καθαρῶς, ut

ἀγχίνοιά τε καὶ ψυχῆς εὐάγεια πᾶσιν ἐκ παν-  
 τὸς ἐνεφύοντο, δυσκίνητος ἔτε τις καὶ δυσπα-  
 ρακολούθητος εὐρίσκετο. <sup>16)</sup> στήλην δὴ τινα  
 τῷ τοιούτῳ καὶ μνημεῖον ἐν τῇ διατριβῇ χῶ-  
 σαντες (κατὰ καὶ <sup>17)</sup> Περιάλω τῷ Θουρίῳ λέ-  
 γεται καὶ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ, ἀπο-  
 γνωσθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν), ἐξήλαντον ἐκ τοῦ ὀμα-  
 κοῖου, φορτίσαντες χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου  
 πλῆθος. κοινὰ γὰρ αὐτοῖς καὶ ταῦτα ἀπέκειτο  
 ὑπὸ τινῶν εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων, <sup>18)</sup> νῆ Δί,  
 οἰκονομούμενα, οὓς προσηγόρευον οἰκονομι-  
 κοὺς ἀπὸ τοῦ τέλους, καὶ εἰ ποτε συντύχοιεν

intelligantur purgationes quae ex theorematibus prædeant  
 sine redundant, loco quodammodo consulueris. —  
 Idem Ciz. deinceps ἀγχίνοιαί τε, ἀνεφύοντο, ἠρῆσκετο.  
 Kiess.

16) στήλην δὴ τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημ.] Manifesta  
 tautologia. Hoc ipsum enim iam paulo superius  
 Iamblichus nos docuit. Quare suspicor, libellum  
 hunc Iamblichi interpolatorum manus passum esse;  
 praesertim cum et alia non pauca bis in eo dicta  
 obseruauerim. Vel saltem dicendum est, Iamblichum  
 eadem ex diuersis auctoribus aliquandò retulisse.  
 Confer Nostrum infra sub finem capituli XXXIV. ubi  
 morem hunc Pythagoreorum itidem Lectoribus in-  
 culcat. Kμst. Vid. de huius libelli indole et natura  
 Meiners. p. 271. Kiess.

17) Περιάλω τῷ Θ. — καὶ Κύλωνι] Addi his poterat  
 Hipparchus, de quo Clemens Alexandr. lib. V. Strom.  
 p. 575. Φασὶ γοῦν Ἰππάρχον τὸν Πυθαγόρειον, αἰτίαν  
 ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι  
 τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῶ.  
 Aiunt Hipparchum Pythagoreum, accusatum, quod scri-  
 pto prodidisset decreta Pythagorae, e schola expulsus

quibus solertia mentis animaeque sanctitas modis omnibus in vnoquoque subnascebatur, segnior adhuc aliquis et intellectu hebetior reperiabatur, tali homini in scholasticum aliquem et monumentum sepulcrale erigebant (vti contigisse fertur Perialo Thurio et Cyloni, Sybaritarum principi, ab iisdem improbatis); dein auro argentoque onustum auditorio exigebant. nam et eum in finem reposita pecunia publica administrabatur a quibusdam, qui a sumtuum dispensatione oeconomici dicebantur. Quodsi aliquando sic eiecto forte facti essent obuii,

*fuisse, et ipsi tanquam mortuo cippum erectum esse.* Hic nimirum est Hipparchus ille, ad quem epistola Lysidis, quae statim subiungitur, scripta est. Caeterum de Cylone eiusque reprobatione plura vide sis apud Nostrum infra cap. XXXV. *Kust.* In Ciz. corrupte, *περι ἄλλοι.* Post verba *ὑπ' αὐτῶν* Scal. supplet *συμβῆναι*, male; et ante *ἐξήλωνον* addit *οὐς*, in quo et ipso errauit. Tum in Ciz. vt in Arc. pro *ἐκ τοῦ* est *ἀν τοῦ.* Denique in Ciz. *χρῦσον* et *πλήθει.* *Kiess.*

18) *ἢ Δι* } Ita Kusterus. In Ciz. et edit. Arc. *καὶ ἢ δι.* Loganus p. 94. legit, *καὶ ἐνδεές* (vt iam antea Scaliger) *οἰκονομούμενα.* Nam, inquit, istud *ἢ Δι* omnino superuacaneum, et *καὶ* absurdum: aliquid autem sensui deesse videbatur, quod ita suppleri posse censebam. — Kusterus omisit *καὶ*: an auctoritate codicis sui, non dixit. Lectionem *ἢ Δι*, quamquam seriōres Graeci hanc formulam frequentant, vid. ad cap. XV. not. 3., hoc loco incommodam esse patet; *καὶ ἐνδεές* autem probandum esset, si idem significaret, quod *εἰς ἐνδειαν.* Quod secus est. Hinc legere malim: *εἰς τοῦτο ἐπιτηδείων δὴ διοικονομούμενα.* *Kiess.*



ἄλλως αὐτῷ, πάντα ὄντινοῦν μᾶλλον, ἢ ἐκείνον ἡγοῦντο εἶναι, τὸν κατ' αὐτοὺς τεθνηκότα.

75 Διόπερ καὶ <sup>19)</sup> Λύσις Ἰππάρχῳ τινὲ ἐπιπλήττων, <sup>(62)</sup> μεταδιδόντι <sup>20)</sup> τῶν λόγων τοῖς ἀνεισοάκτοις καὶ ἄνευ μαθημάτων καὶ θεωρίας ἐπιφυσόμενοις, φησί· <sup>21)</sup> „Φαντὶ δέ σε καὶ δαμοσίᾳ <sup>22)</sup> φιλοσοφῆν τοῖς ἐντυγχάνουσι, τόπερ ἀπαξίωσε ἠ Πυθαγόρας· ὡς ἔμαθες μὲν, Ἰππαρχε, μετα

19) Λύσις] Epistola haec Lysidis extat etiam in Collect. Epistolarum Graecarum Aldina et Genevensi, et ad calcem Diog. Laertii, qui ex officina Henrici Stephani prodit: itemque inter opuscula Mythologica, Physica, et Ethica, quae prodierant apud Henr. Wetstenium Amstelod. 1688. collectore Thoma Galeo. Eandem Latine exhibet Theodor. Canter. *Var. Lect.* lib. I. cap. XII. Meminit etiam eius Synesius Epist. CXLIII. et Eustathius ad H. B. p. 360. Edit. Rom. Kust. Meiners. p. 487. opinatur, epistolam non a Lyside scriptam esse, sed fictam. Aliter statuit Tiedemann. p. 289. sqq. *Kiers.*

20) τῶν λόγων] Ita scripsi pro τὸν λόγον, iubente Kustero. In Ciz. μεταδιδόντα τὸν λόγον. De constructione verbi μεταδιδόναι vid. Schaefer. Melet. tit. p. 20. sq. Sed accusatiuus hoc loco admitti non potest, nisi τὸν λόγον intelligamus librum illum Pythagorae adscriptum, cui titulus Ἰερὸς λόγος, vid. sect. 146. At ille liber non simpliciter ὁ λόγος appellatur. *Kiers.*

21) Φαντὶ δέ] In Diogene Laertio p. 875. sqq. ed. Henr. Steph. haec epistola ita comparata est: Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, οὐδέποκα διασκηδασθῆναι τὸ ἀθροῖσμα τῶν ὀμιλητῶν εἰς τὸν ἑμαντοῦ θυμὸν ἑβαλόμαν· ἐπεὶ δὲ παρ' ἐλπίδας, ἕσπερ ἀπὸ ναὸς μεγάλης φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας, ἄλλος ἄλλοσι φορεῖμενοι διεσπάρημεν, ὅσιον καμὲ μνασθαι τῶν τήνον θεῶν καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιέσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς μηδ' ὄναρ τὰς ψυχὰς καταθαρούμενοις. οὐ γὰρ θέμις κ. τ. λ. Ab his verbis vsque ad illa,

quemuis potius alium censebant, quam illum, quippe qui secundum ipsos mortuus esset. Quapropter et Lysis Hipparchum quendam increpans, quod cum hominibus non rite initiatis et sine disciplinis ad contemplationem accedentibus doctrinam communicaret, scribit: *Aiunt autem, vulgare te etiam philosophiam quibusuis obuiis: quod Pythagoras fieri noluit. Et hanc tu quidem, Hipparche,*

τοιηρήια φυτειοντά τι χρηστόν αὐτῷ παραδιδόμεν — singularae enunciationes in Stephaniana epistolae editione eodem ordine, quo in Iamblichio, continentur. Deinceps autem ibi haec sequuntur: Ἄπερ ἕμαθες μὲν, Ἰππαρχε, μετὰ σπουδᾶς, οὐκ ἐτήρησας δ', ὡ γενναῖε, γενεσάμενος Σικελικᾶς πολυτελείας, ἣς οὐ χρῆν τυ γενέσθαι δεύτερον. λέγοντι δὲ πολλοὶ, σὲ καὶ δημοσίᾳ φιλοσοφεῖν. ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας· ὅς γε Δαμοῦ τῆ αὐτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομύματα παρακαταθέμενος, ἐπέσκαψε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας παραδιδόμεν. ἃ δὲ, δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδόσθαι τῶς λόγως, οὐκ ἐβουλήθη· πενίαν δὲ καὶ τὰς τῷ πατρὸς ἐπισκάψιας ἐνόμιζε χρυσοῦ τιμιωτέραν ἔμεν. φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμῶ θνάσκοντι Βισταλίᾳ τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτῶν ἐπιστολᾶν ἀπέστειλεν. ἄμμες δὲ ἄνδρες ἴδοντες, οὐ γνησίως αὐτῷ ποτιφερόμεθα, ἀλλὰ παραβάται τῶν ὁμολογιᾶν γιγνώμεθα. εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιω, χαρήσομαι· εἰ δὲ μὴ, τέθνακός μοι. — His lectis mirari licet, quam misere Iamblichus, initio maxime epistolae, sententiarum ordinem peruerterit et lacerauerit.

Kies.

22) φιλοσοφεῖν] Sic pro φιλοσοφεῖν scripsi e Ciz., idemque propter doricam dialectum, qua haec epistola scripta est, etiam Kusterus requirebat. — Usus est hoc quoque loco contra Meinersium Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. II. P. VIII. p. 119. — Deinceps pro τῶσι, quod Kust. dedit, Ciz. ut Arc. habet τῶσι. Kies.

„σπουδᾶς, οὐκ ἐφύλαξας δέ, γευσάμενος, ὃ  
 „γενναῖε, οικελικᾶς πολυτελείας, <sup>23)</sup> ἄς οὐκ  
 „ἐχρῆν τυ γενέσθαι δεύτερον. εἰ μὲν ὦν με-  
 „ταβάλοιο, <sup>24)</sup> χαρήσομαι· εἰ δὲ μήγε, τέθνα-  
 „κας. <sup>25)</sup> διαμεμνῶσθαι γὰρ φασὶν ὅσιον εἶη  
 „κατὰ τῶν τήνω θείων τε καὶ ἀνθρωπείων  
 „παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ <sup>26)</sup> ποιῆσθαι τὰ  
 „σοφίας ἀγαθὰ τοῖς οὐδ' ὄναι τὰν ψυχὰν  
 „κεκαυαρμένοις. οὐ γὰρ θέμις <sup>27)</sup> ὀρέγεν τοῖς  
 „ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων. [σπουδᾶ]  
 (63) „ποριχθέντα, οὐδὲ μὰν βεβάλοισ τὰ ταῖν  
 „Ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια <sup>28)</sup> διαγεῖσθαι.

<sup>23)</sup> ἄς οὐκ ἐχρῆν τυ γενέσθαι δεύτερον] Kusterus sensu, ut ipsi videbatur, exigente scripserat, ἄς — γεύεσθαι. Quod dedit ἄς pro ἄς, quas est lectio Ciz. et Arcerii, recte fecit: sed γενέσθαι, quod cum Arc. etiam Ciz. tuetur, non est mutandum, etiam Toupio censente in Addend. in Theocrit. Vol. II. p. 399. Ed. Berol. Idem Toupius ad illustrandam formulam γενέσθαι δευτέρου. τινος attulit hunc locum Aphthonii Sophist. Progymn. Cap. V. Πῶς δὲ διώκων τὴν κόρην ὁ Πύθιος θνητῆς ἐγένετο δεύτερος. Eundem Toupius sequutus sum in eo quod acripsi τυ pro τοι· nam dativus hic locum non habet, et enclit. accus. doric. est τυ. Frequentissime autem τοι pro τυ scriptum est. Vid. Bekker ad Apollon. Dysc. de Pron. p. 439. — Obrechtus locum sic interpretatus erat: ad quas — non debebas reverti. Kiess.

<sup>24)</sup> χαρήσομαι] Ita Kusterus edidit; num e Cd. Paris., non significavit. In edit. Arc. est χάρησον μὲν, in marg. cod. Spanhem. χαρέσσουμε, in Cd. Ciz. χαρήσσουμε, vnde, referente Koenio ad Gregor. Corinth. p. 262. ed. Schaeff., praeclare magnus Hemsterhusius χαρήσοῦμαι elicit. Mihi tamen adhuc residet dubitatio, an non χαρησοῦμαι, sed aut χαρησοῦμαι aut χαρισσοῦμαι sit scribendum. Kiess.

*cum cura didicisti; sed non seruasti, o bone, gustatis deliciis Siculis, a quibus te superari, non oportebat. Si igitur mentem mutaueris, laetabor; sin minus, mortuus es mihi. Par enim erat, aiunt, diuinorum eius humanorumque praeceptorum semper meminisse, neque bona sapientiae communicare cum hominibus, qui ne per somnium quidem purgationem animae subierunt. Nefas enim est obuio vulgo porrigere ea, quae tantis laboribus comparata sunt, aut profanis Dearum Eleusiniarum mysteria*

25) *διαμενωσθαι γάρ φασι ὅσιον εἶη κατὰ τῶν τήνων]* Scribe, *διαμενωσθαι γάρ ὄσιον ἦν τῶν τήνων θεῶν τε καὶ ἀνθρ. Kust.* In Ciz. est, *διαμενωσθαι γάρ φησιν* (etiam Arc. habet *φήσιν*) *ὄσιον εἶη κατὰ.* Quae sequuntur, *τῶν τήνων θεῶν τε καὶ ἀνθρῶπων παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιῆσθαι τὰ,* in Ciz. desunt. Scripsi *τήνων* pro *τήνου*, vt infra. Forsitan locus sic restituendus est: *διαμενωσθαι γάρ, φαντι, ὄσιον εἶη καὶ σὲ τῶν* etc. Sed omnia hic esse incertissima, facile intelligitur, si initium huius epistolae, vt in Diogene legitur, comparatur. *Kiess.*

26) *ποιῆσθαι]* *Cave mutes. Est enim Doricum pro ποιῆσθαι. Kust.*

27) *ὀρέγην τοῖς ἀπαντι.]* Sic recte MS. In priore vero Edit. male legitur, *ὀρέγην τῶν ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσοῦτων ἀγώνων σπονδᾶ περιχυθέντα.* Quae monstra? *Ποριχθέντα* autem Doricum est pro *πορισθέντα.* *Kust.* In Ciz. *ὀρέγην τῶν ἀπαντῶσι, σπονδᾶ, ποριχθέντα, βεβάλοις τε τῶν ἑλευσινίαν.* Vocabulum *σπονδᾶ* prorsus superfluum est, nec legitur in aliis huius epistolae editionibus; hinc vncinis inclusi. *Kiess.*

28) *διαγείσθαι κατ' ἰσότητα]* Antea corruptissime hic legebatur, *διαγύεσθαι, καὶ τι σὸ τατα.* *Διαγείσθαι* autem Doricum est pro *διηγείσθαι.* *Kust.* Etiam in Ciz. est, *διαγύεσθαι καὶ τὸ σότατα.* Quod in textu

καὶ ἰσότατα δὲ ἄδικοι καὶ ἀσεβέες οἱ τοιαῦ-  
 76 τα πράξαντες. Διαλογίζεσθαι 29) δὲ καλόν,  
 ὅσον χρόνου μάκος ἐκμεμετρήκαμεν ἀπορ-  
 ῥυπτόμενοι 30) σπύλω, τὼς ἐν τοῖς στάθεσιν  
 ἀμῶν ἐγκεκολαμμένως, ἕως πόκα διελθόντων  
 ἑτέων ἐγενόμεθα 31) δεκτικοὶ τῶν τήνω λό-  
 γων. 32) καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραν-  
 τες ἔστυναν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως  
 33) ἀνέκπλυτον τὰν βαφὴν ἀναπίωντι, καὶ

Kustēri legitur, καὶ ἰσότατα, merum est vitium typo-  
 graphicum, correctum iam a Schaefero ad Gregor. p.  
 239. Idem pro οἱ τοιαῦτα πράξαντες scribit τοὶ τοιαῦτι.  
 Koenius volebat τοὶ ταῦτα. — Paulo ante pro οὐδέ  
 μὴν in altera epistolae editione est οὐδέ γάρ. Ibidem  
 paulo inferius, ἀμφοτέροι οἱ ταῦτα πράξαντες. — Kiess.

29) δὲ] Haec particula etiam in Ciz. ut in Arc. edit.  
 deest. — Proxima in altera epistolae editione sic  
 legitur: καλὸν δὲ ἀναλογίζεσθαι ὅσον χρόνου μάκος δια-  
 γόμεις ἐκμετρήσαντες. Kiess.

30) σπύλω] Haec vox abest a priori Editione, quae  
 in aliis Epistolae huius Editionibus legitur. Kust.  
 Abest item a Ciz. Scripsimus autem σπύλω pro σπύ-  
 λους. Deinceps pro τὼς habet Ciz. cum margine cod.  
 Spanh. πῶς, Arc. edit. τὰς. Item Ciz. στάθεισι, et  
 cum Arc. ἐγκεκολασμένως. Porro ἐγενόμεθα δέ. — Pro  
 ἕως πόκα videtur ex altera epistolae edit. repomendum,  
 ἕως πέντε. Kiess.

31) δεκτικοὶ τῶν τήνω λόγων] In Ciz. δεκτικός τῶν τήν  
 τοῦ λόγου. — Kust. et Arc. τήνου. Kiess.

32) καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυναν τὰ β.]  
 Eodem plane simili vititur Plato lib. IV. de Republ.  
 p. 449. Edit. Lugdun. (Vol. VI. p. 346. Bip.) Οὐκ-  
 οὖν οἶσθα, ὅτι οἱ βαφεῖς, ἐπειδὴν βουληθῶσι βάψαι ἕρια,  
 ὡς εἶναι ἀλουργὰ, πρῶτον μὲν ἐκλέγονται ἐκ τοσούτων χρο-

euulgare: pariter enim iniusti et impii sunt, qui alterutrum horum fecerint. Decebat autem ad animum reuocare, quantum temporis spatium consumserimus in eluendis maculis, quae pectora nostra altius insederant, donec tandem, peracto quinquennio, ad percipiendam Illius doctrinam capaces euasimus. Sicut tinctorum vestimenta, quae coloribus imbuere volunt, prius purgata, medicamentis inficiunt, ut tincturam nec facile

μάτων μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν· ἔπειτα προπαρασκευάζουσι οὐκ ὀλίγη παρασκευῇ θεραπεύσαντες, ὅπως δέξονται ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος, etc. Item Theo Smyrnaeus in *Mathematicis*, p. 17. qui ad hunc ipsum locum Platonis respiciens ait: Παιδεύομεν γὰρ τοὺς παῖδας ἐν Μουσικῇ, etc. οὐδὲν ἄλλο μηχανώμενοι, ἢ ὅπως ἡμεῖς προεκαθάραντες καὶ προθεραπεύσαντες, ὡς περ τισὶ στυπτικοῖς τοῖς μαθήμασι τούτοις, τοὺς περὶ ἐπάσης ἀριτῆς, ἢ ἔμμανθάνωσι, ἕστερον λόγους ἐνδέξονται, ὡς περ βαφῆν. Caeterum τὸ ἔστυψαν hic apud Iamblichum et στυπτικοῖς apud Theonem referendum est ad alumen, quo tinctorum in lanis repurgandis et colore inficiendis uti solent. Id enim est στυπτικόν, siue adstringendi vi praeditum; ut ex usu et experientia constat. Plin. lib. XXXV. cap. XV. *Vis liquidi aluminis adstringere, indurare, radere.* Paulo ante dixerat: *Inficiendis claro colore lanis candidum liquidumque (alumen) utilissimum est.* *Kieß.* In Ciz. pro καθάπερ est καθάπερ γε, et in altera epist. edit. καθάπερ γάρ. *Kieß.*

33) ἀνέκπλυτον] In Ciz. ἂν ἐκ πλυτον τά. Ibidem deinceps, ut in edit. Arc., ἀπλῶντι. Tum γενησομένηας: quam huius codicis lectionem etiam Koenius ad Gregor. Cor. p. 262. ed. Schaef. memorauit. Idem Cd. denique ἐν ἔξίταλον. Hoc ἐν Reinesius in ἂν mutauit. — Pro μηδέποτε, quod ante legitur, in altera huius epistolae edit. est μηδέποκα. *Kieß.*

„μηδέποτε γενησομένην ἐξίταλον· 34) τὸν αὐ-  
 „τὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρε-  
 „σκεύαζε τὰς ψυχὰς τῶν τὰς φιλοσοφίας ἐρα-  
 „σθέντων, ὅπως μὴ διαψευσθῆ περί τινα τῶν  
 „ἐλπιδέντων ἐσεῖσθαι καλῶν τε καὶ αγαθῶν. οὐ  
 (64) „γὰρ κιβδηλῶς ἐνεπορεύετο λόγως, οὐδὲ πάγας,  
 „ταῖς οἱ πολλοὶ τῶν 35) σοφιστῶν τὼς νέως ἐμ-  
 „πλέκοντι, ποτ' οὐδὲν κράγυον σχολάζοντες·  
 „ἀλλὰ 36) θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμά-  
 „των ἧς ἐπιστάμων. τοὶ δὲ πρόσχημα ποιη-  
 „σάμενοι τὰν τήνω διδασκαλίαν, πολλὰ καὶ  
 „37) δεινὰ δρῶντι, σαγηνεύοντες οὐ κατὰ κό-  
 77 „σμον, οὐδ' ὡς ἔτυχε, τὼς νέως. Τοιγαροῦν  
 „χαλεπῶς τε καὶ 38) προαλλεῖς ἀπεργάζονται

34) τὸν αὐτὸν] In Ciz. deest αὐτόν: item paulo post  
 ante φιλοσοφίας articulus abest, vt in edit. Arc. Pro  
 τῆς, vt scripsit Kuster., dedi τῶς. Tum Ciz. περι-  
 ψευσθῆ pro διαψευσθῆ. Obrechtus, τινα pro neutro  
 habens, locum sic interpretatus erat: *ne bona vlla et  
 honesta, quae sibi promittebant, eos subterfugerent.*  
 Altera epistolae edit. hunc locum sic exhibet: —  
 ἀνὴρ παρεσκεύαζε τοὺς φιλοσοφίας ἐρασθέντας, ὅπως —  
 τῶν ἐλπιδόμενων ἐσεῖσθαι καλῶν καὶ αγαθῶν. *Kiess.*

35) σοφιστῶν] Ita recte Ciz. pro σοφιστῶν, quam for-  
 mam habent Arcerius et Kusterus. Hic tamen bene  
 in nota: „Dorice dicendum erat, σοφιστῶν. Sed plura  
 „alia in hac Epistola ex Dorica dialecto in commu-  
 „nem a librariis temere mutata sunt: vt Lector facile  
 „observabit.“ Ex eodem Ciz. deinceps restitui κράγυον  
 pro κρήγυον. Consentit Par. nam in marg. cod. Span-  
 hem. notatum est κράγυιον. — Altera epist. editio pro  
 οἱ πολλοὶ tantum πολλοὶ legit. *Kiess.*

36) θείων τε] In Ciz. vt in Arc. deest τε. Deinceps  
 Ciz. cum marg. cod. Spanhem. bene ἧς pro ἧν, cuius

eludendam, nec unquam euanturam sorbeant: eodem modo diuinus ille vir philosophiae deditos ante praeparabat, ne in quoquam eorum, quos bonos honestosque futuros esse spes facta erat, falleretur. Neque enim ille doctrinam adulteriam venditabat, neque pedicas, quibus plerique sophistarum, inutiliter otium collocantes, iuuentutem irretiunt: sed rerum diuinarum humanarumque gnarus erat. Hi vero eius disciplinam mentiti, sub hoc praetextu multa grauia perpetrant, iuuenes praeter decorem et temerario ausu quasi sagena capientes. Unde fit, ut auditores suos feroces et procaces reddant, dum moribus

lectionis etiam Koenius ad Gregor. Cor. p. 258. mentionem fecit. Idem codex paulo post suppeditauit τήνω pro τήνου. *Kiess.*

37) δεινά] Ciz. δείνα et σαγινεύοντες. — Πολλά καὶ δεινά, e more Graecorum, vocem πολλοὶ alii adiectiuus fere ita iungentium, vt vocula καὶ intercedat. Vid. Buttmann. ad Menon. Plat. p. 54. — Quae sequuntur verba, οὐδ' ὡς ἔτυχε, in quibus altera epist. editio nihil variat, corrupta videntur. Nam contrarium requiritur, aut, ἀλλ' ὡς ἔτυχε, aut, οὐδ' ὡς ἔοικε. *Kiess.*

38) προαλλεῖς ἀπεργάζονται τοῖς] In Ciz. προάλλης προάλλεις ἀπεργάζοντες τας. Deinceps ibidem ἐνίκησαντι et λόγος. In altera epist. editione ita: — τοὺς ἀκούοντας ἐγκινηῶντι —. Ab ἐγκινηῶντι est ἐγκινησαντι, ab ἐγκινηῶντι, ἐγκινηῶντι. Pro θείως altera epist. edit. habet ἐλευθέρος. Tum post καθάπερ ex altera edit. addidi γάρ, quod male positum ante βόρβορον ibi sustuli. Denique pro ἐχέαι malim ἐχέαι, vt legitur in altera epist. editione. Nam h. l. cogitandum de vna eaque celeriter praeterlabente actione. *Kiess.*



„τὼς ἀκουστάς. ἐγκίρναντι γὰρ ἤθεσι τέταρα-  
 „γμένοις τε καὶ θολεροῖς θεωρήματα καὶ λό-  
 „γως θείως. καθάπερ γάρ, εἴ τις εἰς φρέαρ  
 „βαθὺ βορβόρου πλήρες ἐγγέοι καθαρὸν καὶ  
 „διειδὲς ὕδωρ, τὸν τε βορβορον ἀνετάραξε  
 „καὶ τὸ ὕδωρ <sup>39)</sup> ἐπαφάνιξεν· ὁ αὐτὸς δὲ τρό-  
 „πος τῶν οὕτω διδασκόντων τε καὶ διδασκο-  
 „μένων. <sup>40)</sup> πυκινὰ γὰρ καὶ λάσια λόγμαι  
 „περὶ τὰς φρένας καὶ τὰν καρδίαν πεφύκанти  
 „τῶν μὴ καθαρῶς τοῖς μαθήμασιν ὀργιασθέν-  
 „των, πᾶν τὸ ἄμερον καὶ πρᾶον καὶ λογιστι-  
 „κὸν τὰς ψυχὰς ἐπισκιάζουσαι καὶ κωλύουσαι  
 „προφανῶς μὲν <sup>41)</sup> αὐξηθῆμεν καὶ προκίψαι  
 (65) „τὸ νοητικόν. Ὀνομάξαιμι δὲ καὶ πρᾶτον  
 „<sup>42)</sup> ἐπελθὼν αὐτῶν τὰς ματέρας, ἀκρασίαν τε

39) ἐπαφάνιξεν] Ita recte Ciz. consentiente Par. nam  
 in marg. cod. Spanh. notatum est ἐπαφάνηξεν. In edd.  
 Arc. et Kust. est ἠράμισεν, vt in altera epistolae edi-  
 tione. In Ciz. paulo post οὕτω δὲ pro οὕτω. Kiess.

40) πυκινὰ γὰρ καὶ λάσια λόγμαι π.] Locum hunc  
 citat Eustathius ad Il. β. p. 360. Edit. Rom. Ὁ δὲ παρὰ  
 Ἰαμβλίχῃ Πυθαγορικὸς Λίσις ἐκστρέψας εἰς ψόγον, ὡς ἀπὸ  
 γῆς ὀρεινῆς παρείλκυσε τὸ νόημα, εἰπὼν γλώσση Δωρικῆ  
 νοῦν τοιοῦτον, ὅτι πυκινὰ καὶ λάσια λόγμαι περὶ τὰς φρέ-  
 νας καὶ τὰς καρδίας πεφύκασιν τῶν μὴ καθαρῶς τοῖς μαθή-  
 μασιν ὀργιασθέντων, πᾶν τὸ ἡμερον καὶ πρᾶον καὶ λογ-  
 στικὸν τῆς ψυχῆς ἐπισκιάζουσαι καὶ κωλύουσαι προφανῶς  
 αὐξηθῆναι καὶ προκίψαι τὸ νοητικόν. Kust. Pro λάσια  
 in altera epist. editione est βαθεῖαι, et pro πεφύκанти,  
 ἐμπεφύκанти. Ibidem desunt verba τοῖς μαθήμασιν.  
 Kiess.

41) αὐξηθῆμεν καὶ προκίψαι τὸ νοητ.] In Editione  
 Atcerii mendose admōdum legitur, αὐξηθέν. καὶ προ-  
 κίψαι τὸν αἰτιατικὸν ὀνόμαζε μῆδε. Nos τὸ αὐξηθῆμεν

*incompositis turbulentisque scientiam et doctrinam diuinam instillant. Ut enim, si quis in puteum profundum et alto luto repletum puram liquidamque aquam infuderit, et lutum commoverit, et aquam insuper turbauerit: eodem modo se res habet cum magistris pariter hisce et discipulis. Ipsum enim pectus et cor eorum, qui non pure disciplinis initiantur, perpetua quaedam et densa dumeta obsident, quae quicquid anima mansuetudinis, tranquillitatis et rationis habet, obfuscant, prohibentque prodire, succrescere et proserpere intelligendi facultatem. Conuenit autem et matres illorum dumetorum nominare*

(quod Dorice dictum est pro ἀξήθηναι) reuocauimus ex MS., τὰ νοητικόν ex Eustathio, et ὀνομάσαιμι (quod itidem Doricum est pro ὀνομάσαιμι) ex aliis Epistolae huius Editionibus. *Kust.* In altera epistolae editione hic locus multo plenius ita legitur: — λογιστικόν ἐπισκεύουσαι προφανήμεν ἀξήθην. ἐγκαταδεύκαντι δὲ τῷ δάσει τοῦτω παντοῖαι κακότητες ἐκβοσκέμεναι, καὶ κελύουσαι καὶ μηδαμῶς εἶσαι προκύψαι τὸν λόγον. ὀνομάσαιμι, κ. τ. λ. — Pro νοητικόν in Ciz. est νοτιακόν: quamobrem, quum etiam pro νόημα dicatur νόημα, vera scriptura esse videtur νοτιακόν. Eodem ducit αἰτιατικόν, quod Arc. habet, et νοτιακόν, quod etiam in margine cod. Spanhem. notatum est. Denique pro ὀνομάσαιμι δὲ in Ciz. est, ὀνόμαξε. μὴ δὲ, quae sunt e vera lectione deprauata. *Kiess.*

42) ἐπελθόν] Ciz. ἐπελθόν, in marg. Spanh. ἐπανελθόν, Scalig. ἐπελθεῖν. Locutio πρώτον (ita dedimus pro πρώτον) ἐπελθόν idem valet quod ἐκ τοῦ ἐπελθόντος, illico. Tum pro ἀκρασίην et πλεονεξίην, quae formae etiam in altera epistolae editione reperiuntur, e cod. Ciz. restituumus ἀκρασίαν et πλεονεξίαν. Idem Ciz. habet πολύγων. *Kiess.*

„καὶ πλεονεξίαν· ἄμφω δὲ πολύγονοι πεφύ-  
 78 „κάντι. 43) τὰς μὲν ὧν ἀκρασίας ἐκβεβλαστὰ-  
 „κάντι ἄθεσμοι γάμοι, καὶ φθοραὶ, καὶ μέ-  
 „θαι, καὶ παρὰ φύσιν ἀδοναί, καὶ σφοδραὶ  
 „τινες ἐπιθυμίαι μέχρι βαρᾶθρων καὶ κρημνῶν  
 „διώκουσαι. ἤδη γάρ τις 44) ἀνάγκαζαν  
 „ἐπιθυμίαι μῆτε ματέρων μῆτε θυγατέρων  
 „ἀποσχέσθαι· καὶ δὴ παρεωσάμεναι πόλιν καὶ  
 „νόμῳ, καθάπερ τύραννος, ἐκπεριεγαγοῦσαι  
 „τῶς ἀγκῶνας, ὥσπερ αἰχμάλωτον, ἐπὶ τὸν  
 „ἔσχατον ὄλεθρον μετὰ βίας ἄγουσαι κατέ-  
 „στάσαν. τὰς δὲ πλεονεξίας ἐκπεφύκάντι ἀρ-  
 „παγαί τε καὶ λαστέϊαι, πατροκτονίαι, ἱερο-  
 „συλίαι, φαρμακεῖαι, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά.  
 „45) δεῖ ὧν πρᾶτον μὲν τὰς ὕλας, ταῖς ἐνδαι-

43) τὰς μὲν ὧν] In Arc. est, τὰς μὲν οὖν, in Ciz. τὰς  
 μὲν νῦν, in Kust. τὰς μὲν οὖν. Pro οὖν scripsimus ὧν,  
 dialecto iubente. Deinceps pro ἐξεβλάστησαν, quod ex-  
 stat in edd. Arc. Kust. et in altera epistolae editione,  
 in Ciz. legitur ἐκβεβλασιάκοντι, et in margine cod.  
 Spanhem. ἐκβεβλασιάκοντι. Valckenarius in epistola ad  
 Röverum, p. 317. Ed. Theocrit. Berol. defendit ἐκβε-  
 βλασιάκοντι. At vero, quae in eadem Lysidis epistola  
 leguntur, πεφύκάντι (quod defenditur loco Eustathii, in  
 quo est πεφύκασι) et ἐπιφύκάντι, fauent lectioni ἐκβε-  
 βλασιάκοντι, quam in textum receperimus. — Vocabu-  
 lum ἐπιθυμίαι, quod post γάμοι habent Arc. et Kust.,  
 recte οκλήττι Ciz., quem secuti sumus. Γάμοι deest in  
 altera epistolae editione, in qua paulo post pro verbis,  
 ἐπιθυμίαι μέχρι βαρᾶθρων haec reperiuntur: ὄρμαι μέχρι  
 θανάτων. Kiess.

44) ἀνάγκαζαν] Sic MS. pro ἠνάγκασαν, quod Arcerii  
 Edit. habet. Prius autem est Doricum, posterius  
 κοινόν. Kust. Pro νόμῳ in edit. Arc. et cod. Ciz.

intemperantiam et auaritiam; quarum utraque valde foecunda est. Nam ex intemperantia nascuntur nefariae nuptiae, et stupra, et ebrietas, et quae praeter naturam sunt voluptates, et cupiditates quaedam vehementiores, in barathrum et praecipitia propellentes. Iam enim quidam cupiditatibus abrepti nec matrum nec filiarum incestu abstinuerunt, adeoque contemta ciuitate et legibus, sicut tyrannus, manibus a tergo reuinctis, eam velut captiuam in extremam perniciem violenter detruserunt. Ex auaritia proueniunt rapinae atque latrocinia, parricidia, sacrilegia, veneficia, et si quae sunt alia hisce germana. Primum igitur siluas illas, in quibus hi

exstat νόμους. Ad ἀγκύνας Reinesius adscripsit: I. ἄγκυνας, quibus scil. conscriptae seu consignatae erant leges apud Athenienses. v. Suidam et Harp. At ἀγκύνας non esse mutandum, docet omnis ratio loci, cuius haec est sententia: Homines cupiditatum vehementia abrepti saepe adeo ciuitatem et leges pessundant more tyrannorum. Ciuitatem enim pro captiuo tractant, eamque quasi manibus a tergo reuinctis in summam secum perniciem abripiunt. — Pro κατέστιασαν in marg. Spanh. notatum est κατέσταξαν. Deinceps Ciz. cum Arc. τὰς δέ. Item Ciz. post ἀρηναγὰι recte omittit τε καί. — In altera epist. editione locus ita legitur: καὶ δὴ παρεωσάμενας νόμον, καὶ πατέρα, καὶ πόλιν, καὶ τύραννον, ἐκπεριπαγοῦσαι τοὺς ἀγκύνας κ. τ. λ. Kiess.

45) δεῖ ὧν πρῶτον] Sic scripsi pro δεῖ ὧν πρῶτον, quod Kusterus dedit. In Ciz. est δι' ὧν πρῶτον, et in margine πρῶτον. In altera epistolae editione est δεῖ ὧν τό γε πρῶτον. — Tum pro ταῖς in Ciz. vt in Arc. est αἷς. Ibidem σιδήρω. Denique post πάσαις in altera epistolae editione deest μαθημάτων. Kiess.

„τῆται ταῦτα τὰ πάθη, πυρὶ καὶ διδάρῳ καὶ  
 „πίλαις μαθημάτων μηχαναῖς ἐκκαθάρανα  
 „<sup>46)</sup> καὶ εὐρόμενον τὸν λογισμὸν ἐλεύθερον τῶν  
 „ποσούτων κακῶν, τοτηνικάδε ἐμφυτεύειν τι  
 79 „χρίδιμον αὐτῷ <sup>47)</sup> καὶ παραδιδόμεν.“ Τοσαύ-  
 (66) τηκ ἐπιμέλειαν καὶ οὕτως ἀναγκαιοτάτην  
 48) ᾧτο δεῖν μαθημάτων πρὸ φιλοσοφίας  
 ποιῆσθαι Π. Φαγόρας, τιμὴν τε ἐξαιρέτον ἐτι-  
 θετο καὶ ἐξέτασιν ἀκριβεστάτην περὶ τὴν δι-  
 δασκαλίαν καὶ μετὰδοσιν τῶν αὐτῷ δεδογμέ-  
 νων, βασανίζων τε καὶ διακρίνων τὰς τῶν  
 ἐντυγχανόντων ἐννοίας, διδάγμασί τε ποικίλοις  
 καὶ θεωρίας ἐπιστημονικῆς μυρίοις εἶδεσι.

### Κ Ε Φ. ιή.

80 Μετα δὴ τοῦτο λέγωμεν, ὅπως τοὺς ἐγκρι-  
 θέντας ὑφ' ἑαυτοῦ διήρηκε χωρὶς κατὰ τὴν  
 ἀξίαν <sup>1)</sup> ἐκάστους. οὔτε γὰρ τῶν αὐτῶν με-

46) καὶ εὐρόμενον τὸν λογισμ.] Locus non solum cor-  
 ruptus videtur, sed etiam mancus, quem sic rescri-  
 pserim: καὶ ἠσάμενον τὸν λογισμὸν, καὶ ἐλεύθερον τῶν  
 ποσούτων κακῶν καταστάσαντα, τοτηνικάδε, etc. Sic  
 omnia sunt clara. Τὸ ἠσάμενον certe in aliis Episto-  
 lae huius Editionibus recte legitur. Kust. In Ciz.  
 est ἐκκαθαίροντας καὶ εὐρομένον: e qua scriptura certe  
 pluralis adsciscendus videtur, ita vt legatur ἐκκαθά-  
 ραντας καὶ εὐρομένως. Verbum autem εὐρόσθαι, quum  
 additum sit ἐλεύθερον, hoc loco non continuo spre-  
 verim prae altero ἠύσθαι. Deinceps e Ciz. restitui  
 formam doricam ἐμφυτεύειν, ex eodemque recepti dati-  
 vum αὐτῷ pro genitio αὐτῷ, quem praebent Kuste-  
 rus et margo Spanhem. In altera epistolae edit. locus

*affectus stabulantur, igne ferroque et omnibus disciplinarum machinis purgare oportet, et rectam rationem a tantis malis in libertatem asserere: ac tūm demum vtile ei aliquid implantandum atque inserendum est.* Tantam tamque necessariam curam disciplinarum et tam accuratum in docendo examen philosophiae praemittendum censebat Pythagoras, eoque efficiebat, vt et ipsa dogmatum suorum communicatio singularis honoris argumentum haberetur: vtpote cum mentes ad se accedentium variis doctrinis et mille modis contemplationum ac scientiarum exploraret diiudicaretque.

## C A P. XVIII.

Posthaec dicendum est, quo pacto probatos sibi singulos pro meritis in classes descripserit. Quum enim indole dissimiles es-

sic scriptus est: — *καὶ θυσάμενον τὸν λογισμὸν ἐλεύθερον τῶν τοσοῦτων παθῶν, τοτηνίκα φντεῦοντά τι χρηστὸν αὐτῷ παραδιδόμεν.* *Kiess.*

47) *καὶ παραδιδόμεν*] Arcerius haec verba male cum sequentibus coniunxit. Recte Kusterus, cum quo facit *Cd. Ciz. Kiess.*

48) *ᾗτετο δεῖν*] Sic aperte *Ciz.* pro ὡς τὸ δεῖν, quod habent *edd. Arc. et Kusteri.* At iam Arcerius verum viderat. *Οὕτως* cum superlatiuo coniunctum, vt ante legitur, raro occurrit. Vid. *Stephan. Thea. T. 2. p. 1558.* — Pro *μυρίοις Ciz. μυρίαν. Kiess.*

1) *ἐκάστους*] In *Ciz. ἐκάστου. Kiess.*

τέχειν ἐπίσης πάντας ἢν ἄξιον, μὴ τῆς ὁμοίας ὄντας φύσεως· οὔτε ἄξιον ἢν τοὺς μὲν πάντων τῶν τιμιωτάτων ἀκροαμάτων μετέχειν, τοὺς δὲ μηδενός, ἢ <sup>2)</sup> μὴδ' ὅλων μετέχειν. καὶ γὰρ τοῦτο ἢν ἀκοινῶνητον καὶ ἄνισον. τῷ μὲντοι μεταδοῦναι τῶν ἐπιβαλλόντων λόγων ἐκάστοις τὴν προσήκουσαν μοῖραν, τὴν τε ὠφέλειαν ἀπένεμεν ἅπασι κατὰ τὸ δυνατόν, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης λόγον ἐφύλαττεν, ὅτι μάλιστα τὴν ἀξίαν ἐκάστοις ἀποδιδούς ἀκρόασιν. καὶ κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον <sup>3)</sup> τοὺς μὲν Πυθαγορείους καλέσας, τοὺς δὲ Πυθαγο-

(67) ριστάς· ὡσπερ Ἀττικούς τινὰς ὀνομάζομεν, ἐτέρους δὲ Ἀττικιστάς· διελὼν οὕτω πρεπόντως τὰ ὀνόματα, τοὺς μὲν γνησίους εἶναι ἐνεστήσατα, τοὺς δὲ ζηλωτάς τούτων δηλοῦσθαι ἐνο-

81 μοδέτησε. Τῶν μὲν οὖν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν διέταξε, καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα διὰ παντός τοῦ χρόνου διατελεῖν· τοὺς δὲ ἐτέρους ἰδίας μὲν κτήσεις ἔχειν ἐκέλευσε, συνιόντας δὲ εἰς ταυτὸ συσχολάζειν ἀλλήλοις. καὶ οὕτω τὴν διαδοχὴν ταύτην ἀπὸ Πυθαγόρου κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους συστήναι.

2) μὴδ' ὅλων] Scripsi ὅλων pro ὅλω, quod ante legabatur. Necessaria est haec mutatio, ne eadem res bis dicatur. Item paulo post pro τὸ μὲντοι dedi τῷ μὲντοι. In utroque vitio omnes consentiunt. — Verbum ἐπιβάλλειν, eodem, quo hic modo, legitur cap. 19. sect. 90. τὴν ἐπιβάλλουσαν μοῖραν. Tum in Ciz. ἀπένεμεν: ibidemque post ἀκρόασιν deest καὶ. Kiess.

sent, par non erat, vt omnibus ex aequo eadem largiretur: indignum etiam fuisset, aliis pretiosissima quaeque audienda proponere, aliis nihil indulgere, aut non vniuersa: quod quidem communicationis et aequalitatis legibus aduersum erat futurum. Eo tamen, quod quibusuis iustam conuenientis doctrinae portionem tribuebat, vtilitatem inter omnes partiebatur pro virili, et iustitiae distributiuae munia implebat, congruentem vnicuique instructionem largiens. Hacque etiam ratione alios *Pythagoreos* appellauit, alios vero *Pythagoristas*: plane vti quosdam Atticos, nonnullos autem Atticistas dicimus. Ita nominibus apte distinctis quosdam genuinos esse statuit, caeteris vero praescripsit, vt se horum imitatores praestarent. Pythagoreis igitur bonorum omnium communionem indixit, eosque per omnem vitam vna degere voluit: caeteris autem praecepit, vt suas quisque opes seorsim possiderent, sed studiorum communium gratia in vnum locum conuenirent. hicque philosophandi modus a Pythagora vterque ad successores translatus

3) τὸς μὲν Πυθαγορείους καλ.] Vide Schefferum *de Philos. Ital.* cap. XI. p. 100, 101. *Kust. Add. Tiedemann.* p. 273. sq. *Meiners.* p. 465. — In *Ciz. Πυθαγορείους.* Citauit hunc Iamblichi locum *Koenius ad Gregor. Cor.* p. 67. ed. *Schaeff. Kiess.*



Κατ' ἄλλον δὲ αὖ τρόπον δύο ἦν εἶδη τῆς φιλοσοφίας· δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν; οἱ μὲν <sup>4)</sup> Ἀκουσματικοί, οἱ δὲ Μαθηματικοί. τούτων δὲ οἱ μὲν Μαθηματικοὶ ὠμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἐτέρων· τοὺς δὲ Ἀκουσματικούς οὗτοι οὐχ ὠμολόγουν, οὔτε τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλ' Ἰππασίου. τὸν δὲ Ἰππασίον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασίν, οἱ δὲ Μεταποντι-  
 82 νον. <sup>5)</sup> Ἔστι δὲ ἡ μὲν τῶν Ἀκουσματικῶν φιλοσοφία ἀκούσματα <sup>6)</sup> ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγων, ὅτι οὕτω πρακτέον· καὶ τᾶλλα, ὅσα παρ' ἐκείνου ἐρρήθη, ταῦτα πειρῶνται διαφυλάττειν ὡς θεῖα δόγματα· <sup>7)</sup> αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτῶν οὔτε λέγειν προσποιοῦνται, οὔτε λεκτέον (68) εἶναι, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ὑπολαμβάνουσι τοὺς ἔχειν βέλτιστα πρὸς φρόνησιν, οἵτινες πλεῖστα ἀκούσματα ἔσχον. πάντα δὲ <sup>8)</sup> τοιαῦτα ἀκούσματα διήρηται εἰς τρία εἶδη. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν, τί ἐστι, σημαίνει· τὰ δέ, τί μάλιστα· τὰ δέ, τί θεῖ πράττειν, ἢ μὴ πράττειν. τὰ μὲν οὖν, τί ἐστι, τοιαῦτα· οἷον, τί

4) Ἀκουσματικοί] In Ciz. ἀκουσματικός. Ibidem desunt haec verba: οἱ δὲ Μαθηματικοί. τούτων δὲ οἱ μὲν Μαθηματικοί. Deinceps idem Ciz. pro Ἰππασίου habet Ἰππασίου, postea tamen Ἰππασίον. Memoratur hic Hippasus cap. XXIII. s. 104. Kiess.

5) Ἔστι] Ita Ciz. In edd. Arc. et Kust. ἐστὶ. Kiess.

6) ἀναπόδεικτα] Antea male, ἐναπόδεικτα. Kust. Deinceps Ciz. καὶ τί ἄλλα, atque ἐκείνου pro ἐκείνου. Kiess.

duravit. Iuxta aliam autem philosophandi formam sectatores Pythagorae diuidebantur in *acusmaticos* et *mathematicos*: quorum hosce reliqui Pythagoreos confitebantur; sed mathematici negabant acusmaticos tales esse: vtpote qui non a Pythagora, sed ab Hippaso, quem Crotoniatam quidam, alii vero Metapontinum faciunt, disciplinam suam haberent. Versatur autem acusmaticorum philosophia circa auditiones demonstratione et rationibus destitutas: nimirum ita esse agendum; aliaque quae ab Illo acceperunt praecepta, vt diuina dogmata custodire an-nituntur; ipsi vero a se neque dicere quicquam sibi assumunt, neque dicendum esse affirmant: sed vel de ipsis existimant ad prudentiam eos optime instructos esse, qui plurima eius dicta teneant. Haec vero in tres classes diuisa sunt: quaedam enim indicant, quid res sit: nonnulla, quid sit maxime: aliqua, quid faciendum sit, quid non. Ea quae versantur circa quaestionem, quid

7) αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτῶν οὔτε λέγ. ] Locum hunc antea mutilum ex codice MS. suppleni. In priore enim Edit. desunt verba haec: οὔτε λέγειν προσποιούνται, οὔτε λεκτικὸν εἶναι· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν. Pro παρ' αὐτῶν autem absque dubitatione rescribendum est, περι' αὐτῶν, sensu sic exigente. *Kust.* Equidem malim αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτῶν, ipsi sua sponte. Paulo post *Ciz.* προσφώνησιν pro πρὸς φρόνησιν. *Kiess.*

8) τοιαῦτα ] *Ciz.* τὰ οὕτως. Idem deinceps διαφέρειται, et pro τί ἐστὶ tantum τί habet. *Kiess.*

ἔστιν αἱ μακάρων νῆσοι, ἥλιος, σελήνη; τί ἐστὶ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, τετρακτύς; 9) ὅπερ ἐστὶν ἡ ἄρμονία, ἐν ἣ αἱ Σειρήνες. τὰ δέ, τί μάλιστα, οἶον, τί τὸ δικαιοτάτον; θύειν. τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμὸς. δεύτερον δέ, τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέμενον. τί σοφώτατον τῶν παρ' ἡμῖν; ἰατρικῆ. τί κάλλιστον; ἄρμονία. τί κράτιστον; γνῶμη. τί ἄριστον; εὐδαιμονία. τί δὲ ἀληθέστατον λέγεται; ὅτι πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι. διὸ καὶ ποιητὴν Ἴπποδάμαντά φησιν ἐπαινέσαι αὐτὸν, <sup>10)</sup> τὸν Σαλαμίνιον, ὃς ἐποίησεν·

Ἵ Ω θεῶι, πόθεν ἐστὲ, πόθεν τοιοῦδ' ἐγένεσθε;

Ἄνθρωποι, πόθεν ἐστὲ, πόθεν κακοὶ ᾧδ' <sup>11)</sup> ἐγένεσθε;

85 Ταῦτα καὶ <sup>12)</sup> τοιαῦτα ἔστι τὰ τούτου τοῦ (69)

9) ὅπερ ἐστὶν ἡ ἄρμονία] Locus est obscurus, ex quo ut commodus aliquis sensus eliciatur, scribendum puto, τί ἐστὶν ἡ ἄρμονία, ἢ ἦδον αἱ Σειρήνες. Sed, ut verum fatear, mihi ipse non satisfacio. K. & st. Verissima mihi videtur sententia Logani in Miscell. Obs. p. 95. proposita, qui intelligit Sirenes deas illas orbium coelestium modulatrices, de quibus loquitur Plato de Rep. lib. X. p. 529. Bip. vnde earum meminit Macrobius Saturn. lib. II. c. 3. Hanc enim sententiam a Pythagora fluxisse, non est dubitandum. Idem Loganus merito reprehendit Obrechti interpretationem: *quaenam sit harmonia, qua Sirenes canebant?* locumque ipsum sic constituit: Pythagoras interrogatus: *quid esset mens divina omnium praescia?* respondit: *τετρακτύς*: quae etiam est ea harmonia, qua omnia constare vos docui, etiamque illa divina et coelestis. Videtur igitur Logano haec loci interpunctio placuisse: *τί ἐστὶ.—μαντεῖον; τετρακτύς: ὅπερ ἐστὶν ἡ ἄρμονία κ. τ. λ.* Nondum omnes tenebrae loci huius obscurissimi discussae sunt. De vocabulo *τετρακτύς* conf. Sturzii V. C.

res sit, huiusmodi sunt: quid sint beatorum insulae, sol, luna? quid sit oraculum Delphicum, tetractys? quae est harmonia Sirenum. Ea autem quibus quaeritur, quid sit maxime, sic se habent: quid sit iustissimum? sacra facere. quid sapientissimum? numerus; ac deinceps, quod rebus nomina imposuit. quid in rebus humanis sapientissimum? medicina. quid pulcherrimum? harmonia. quid robustissimum? mens. quid optimum? beatitudo. quid verissime dictum? quod homines mali sint: vnde et poetam Salaminium Hippodamantem ab ipso laudatum aiunt, qui cecinerat,

O Di! quo genere estis? quare ab origine tales?  
Vnde, homines, vobis tam pravi est seminis ortus?

Hae atque huiusmodi sunt huius generis

notam ad Empedoclem p. 672 — 677. — In Ciz. est *σειρήνας*. — Vti hic: *τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμὸς*. ita Aelian. V. H. Tom. I. p. 281. ed. Kühn. *ἔλεγεν, ὅτι πάντων σοφώτατός ἐστιν ὁ ἀριθμὸς· δεύτερος, ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὄνόματα θέμενος*. *Kiess.*

10) τὸν Σαλαμίνιον] Non recte hunc locum cepit Reinesius, qui Salaminium intellexit Solonem. Imo scriptoris mens est: Pythagoras laudavit poetam Hippodamanta Salaminium, qui cecinit. *Kiess.*

11) ἐγένεσθε] Ita scripsi duce cod. Ciz. in quo est *ᾧδ' ἐγένεσθαι*. Apud Arc. et Kust. legitur *ᾧδὸς γένεσθε*. *Kiess.*

12) τοιαῦτα ἔστι] Ciz. recte *ἔστι*. Kust. *ἐστι*. In iis quae sequuntur, oratio manca est, et videtur post *τοιούτων* excidisse *δηλοῖ*, vel simile quid. — Deinceps iterum recte Ciz. *ἔστι δὲ* pro *ἐστι δέ*, quod Kusterus intactum reliquit. *Kiess.*

γένους ἀκούσματα. ἕκαστον γὰρ τῶν τοιούτων, μάλιστα τί ἐστίν. ἔστι δὲ αὕτη ἢ αὐτὴ τῇ τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν λεγομένη σοφία. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐζήτουν, οὐ τί ἐστὶ τὰ γαθόν, ἀλλὰ τί μάλιστα; οὐδέ, τί τὸ χαλεπόν, ἀλλὰ τί τὸ χαλεπώτατον; ὅτι τὸ αὐτὸν γινῶναι <sup>13)</sup> ἐστίν. οὐδέ, τί τὸ ῥάδιον· ἀλλὰ τί τὸ ῥᾶστον; ὅτι <sup>14)</sup> τῷ ἔθει χρῆσθαι. τῇ τοιαύτῃ γὰρ σοφία μετακολουθηκέναι ἔοικε τὰ τοιαῦτα ἀκούσματα. <sup>15)</sup> πρότερον γὰρ οὗτοι Πυθαγόρου ἐγένοντο. τὰ δέ, τί πρακτέον, ἢ οὐ πρακτέον, τῶν ἀκουσμάτων τοιαῦτά ἐστίν· οἶον, ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι. <sup>16)</sup> δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπεύοντας τὸν θεόν. ἢ <sup>17)</sup> ὅτι δεῖ τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον· ἢ ὅτι οὐ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν ὁδοῦς, οὐδὲ εἰς περιῤῥαντήριον ἐμβάπτειν, οὐδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι. <sup>18)</sup> ἀδηλον γὰρ

13) ἐστίν.] Hoc verbum, quod prorsus incommodum est, deleam. Ita nec deinceps post χρῆσθαι quicquam additur. Neque vero probandum ὅτι, quemadmodum ante τὸ αὐτὸν in Ciz. scribitur. *Kiess.*

14) τῷ ἔθει] Sic codex MS. At prior Edit. corrupte, τῷ ἔθνη χρῆσθαι: cui loco vt desperato Arcerius asteriscum apposuerat. *Kust.* Videtur scribendum: τὸ ἔθει χρῆσθαι. Tum Ciz. rursus ὅτι. *Kiess.*

15) πρότερον] In marg. Spanh. πρότεροι. Vtrumque bonum. *Kiess.*

16) δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς θεραπ.] Eandem procreandorum liberorum causam tradit Plato lib. VI. de Legib. p. 622. Χρη τῆς ἀσιγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι τῷ παιδῶν παίδων καταλείπειν, ἕως τῷ θεῷ ὑπηρετίας ἀνδ' αὐτοῦ παραδιδόντα. Sic enim locum hunc corrigo. *Kust.* Vulgata in Platone (Vol. VIII. p. 296. Bip.)

auditiones. singulae enim harum ostendunt, quid sit maxime. Est autem haec eadem cum illa septem Sophorum sapientia. nam et illi quaerebant, non quid simpliciter bonum esset, sed quid maxime tale? nec quid difficile, sed quid difficillimum? nempe, se ipsum nosse: neque quid facile, sed quid facillimum? scilicet, facere quod adsueueris. huius enim ipsius sapientiae imitatione dicta ista videntur prodita esse: vtpote cum illi septem Pythagora antiquiores fuerint. Quod porro praecepta de iis quae facienda, quaeve omittenda sint, attinet, ea talia erant: Liberos esse suscipiendos. oportet enim vicissim relinquere numinis cultores. Dextro pedi calceum prius esse induendum; neque via publica ingrediendum; neque in aquimali intingendum; neque in balneo lavandum; nam circa omnia ista incertum

lectio est, καταλείποντι ἀεὶ τῷ θεῷ ἐπηρέτας ἀνθ' αὐτοῦ παραδίδουσι: in qua praeter vnam literulam nihil corruptum est. Nam pro καταλείποντι scribendum est καταλείποντα. Datius καταλείποντι debetur librario, qui hoc participium cum articulo τῷ, non articulum τῷ, vt debebat, cum infinitiuo παραδίδουσι coniungeret. *Kiess.*

- 17) ὅτι δεῖ τὸν δεξιὸν ὑποδ.] De hoc aliisque symbolis Pythagoricis vide etiam Nostrum in *Protreptico* sub finem, et Interpretes ad Laertium in *Pythagora*. *Kust.*
- 18) ἄδηλον γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις, εἰ καθαρ.] Sic locum hunc ex MS. emendavi. Antea enim pessime legebatur, ἄδηλον γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις οἱ καθεύδουσιν οἱ πον. *Kust. Reines.* in *Ciz.* adscripsit, εἰ κατευδοκοῦσιν. *Kiess.*

ἐν πᾶσι τούτοις, εἰ καθαρύνουσιν οἱ κοινω-  
 84 νοῦντες. Καὶ ἄλλα τάδε φορτίον μὴ συγκα-  
 θαιρεῖν· οὐ γὰρ δεῖ αἴτιον γίνεσθαι τοῦ μὴ  
 (70) πονεῖν· συνανατιθέναί δέ. Χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ  
 πλησιάζειν ἐπὶ τεκνοποιῖα. Μὴ λέγειν ἄνευ  
 φωτός. Σπένδειν τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τῆς  
 κύλικος, οἰωνοῦ ἕνεκα, καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ  
 αὐτοῦ πήνηται. Ἐν δακτυλίῳ μὴ φέρειν ση-  
 μεῖον θεοῦ εἰκόνα, <sup>19)</sup> ὅπως μὴ μαιίνηται.  
 ἄγαλμα γάρ, ὅπερ δεῖ φυτεῦσαι ἐν τῷ οἴκῳ.  
 Γυναῖκα οὐ δεῖ διώκειν τὴν αὐτοῦ· ἰκέτις γάρ.  
 διὸ καὶ <sup>20)</sup> ἀφ' ἐστίας ἀγόμεθα, καὶ ἡ λῆψις  
 διὰ δεξιᾶς. μῆδὲ <sup>21)</sup> ἀλεκτρούνα λευκὸν θύειν·

<sup>19)</sup> ὅπως μὴ μαιίνηται] In priore Edit. particula μὴ male exciderat. Kust. Eadem deest in Ciz. Kiess.

<sup>20)</sup> ἀφ' ἐστίας ἀγόμεθα] Vide supra, Num. 48. Kust. Peruersissima est ratio Cuperi in Obs. p. 273. proposita, qui legit, καὶ μὴ λῆψις διὰ δεξιᾶς: vt subaudiatur γένοιτο vel εἴη. Idem enim est, inquit Cuper., quod ait lib. 2. symb. 28. δεξιὰν μὴ παντὶ ῥαδίως ἔμβαλε. In quo fallitur vir doctus. Locus enim ita capiendus est, vt dicatur vxor tum, quum ab ara ducitur, dextra prehendi. Hoc vero amplum fuit vxorique honorificum; nam Pythagorei vetabant, ne sui obuijo cuius dextram iniicerent. De honore dextrae habito conferri potest locus Protrept. p. 351. οἱ τὴν δεξιὰν τῶν χειρῶν ἐντιμωτέραν ὠνόμασαν οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δεκτὴν ὑπάρχειν ἐν τῷ μεταδιδόναι. Kiess.

<sup>21)</sup> ἀλεκτρούνα λευκὸν θύειν] In priore Edit. vox θύειν deest: quam huic loco reddidi auctoritate ipsius Iamblichii in Protreptico p. 146. (p. 314.), vbi ait, ἀλεκτρούνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δέ. Kust. Loganus p. 95. pro ἰκέτις, quod hic ei otiosum et e praecedente ἰκέτις huc allatum videbatur, scribit κτείνειν, Kusterum

esse, an, qui iis vna vtuntur, puri sint. Atque alia huius generis sunt: non ad onus subleuandum, ne simus causa non laborandi; sed ad imponendum, opem praestari debere. Cum muliere aurum gestante non esse rem habendam liberorum procreandorum causa. Non loquendum sine lumine. Diis ab ansa calicis libandum, ominis causa, et ne ab eadem parte bibatur. In annulo non gestandam dei imaginem, ne inquinetur; simulacrum enim esse, quod domi statuendum sit. Vxorem non esse male tractandam, supplicem quippe; vnde illam etiam ab ara ducimus, dextraque data accipimus. Nec gallum album laedendum,

improbans, quod e Protreptico hic addiderit *θύειν*: hic epim non *θύειν*, sed *κτείνειν* prohiberi. *Μηνός* idem vir doctus intelligi posse putat *Apollinis*. Vt enim Luna siue Diana *Μήνη* dicitur, ita Solem siue Apollinem *Μήνα* (*Μήν*) dici potuisse. Sacrum autem fuisse gallum Soli seu Apollini, ex Pausania lib. I. *Elia*. p. 338. et aliis constare. Quae Logani ratio, exceptis iis, quae de vocabulo *Μήν* dixit, probabilior est, quam Cuperi, conificientis, legendum esse, *ικέτης γὰρ ἱερός τῆς Μήνης*. Suidas haec habet: *μήτε λευκόν ἀλεκτρούνα ἐσθίειν, ὡς ἱερόν τοῦ ἡλίου καὶ τὰς ὄρας μηνύορια*. Diogenes Laert. haec: *ἀλεκτρούνας μὴ ἀπιεῖσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερός τοῦ Μηνός καὶ ἱκέτης. τὸ δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν· τῷ τε Μηνί ἱερός· σημαίνει γὰρ τὰς ὄρας*. Locus Iamblichi plus vna ratione probabiliter constitui potest. Certa ratio a libris Mss. expectanda est. Legi igitur sic potest: *μηδὲ ἀλεκτρούνα λευκὸν κτείνειν· ἱερός γὰρ τοῦ μηνός*. Dubitari tamen licet, vtrum *θύειν*, quod symbolo illo a Kustero citato defenditur, neque adeo a *κτείνειν* differt, an *κτείνειν*, quod ad literarum



ἰκέτης γάρ, ἱερὸς τοῦ μηνός· διὸ καὶ σημαί-  
 85 νοῦσιν ὄραν. Καὶ συμβουλευεῖν μηδὲν παρὰ  
 τὸ βέλτιστον τῷ συμβουλευομένῳ· ἱερὸν γὰρ  
 22) συμβουλή. Ἄγαθόν, οἱ πόνοι· αἱ δὲ ἡδο-  
 ναι ἐκ παντὸς τρόπου κακόν. 23) ἐπὶ κολά-  
 σεως γὰρ ἐλθόντας δεῖ κολασθῆναι. Θύειν  
 χρὴ ἀνυπόδετον, καὶ πρὸς τα ἱερὰ προσίεναι.  
 24) Εἰς ἱερὸν οὐ δεῖ ἐκτρέπεσθαι· οὐ γὰρ πά-  
 ρεργον δεῖ ποιῆσθαι 25) τὸ θείον. Ἰσομένον-  
 τα καὶ ἔχοντα τραύματα ἐν τῷ ἔμπροσθεν  
 τελευτῆσαι, ἀγαθόν· ἐναντίως δέ, ἐναντίον.  
 (71) 26) εἰς μόνα τῶν ζώων οὐκ εἰσέρχεται ἀνθρώ-  
 που ψυχῇ, ἃ θέμις ἐστὶ τυθῆναι. διὰ τοῦτο  
 τῶν θυσίμων χρὴ ἐσθίειν μόνον, οἷς ἂν τὸ

vocabuli ἰκέτης similitudinem propius accedit, sit prae-  
 ferendum. Verum quum gallus in hominum tectis  
 degens hominum etiam fidem implorare videatur:  
 commodissime hominum ἰκέτης appellatur. Hinc vlti-  
 ma e Diogene ita legi possunt: ἱερὸς γὰρ τοῦ μηνός·  
 καὶ ἰκέτης. Particula καὶ saepe excidit. *Kiess.*

22) συμβουλή. Ἄγαθόν οἱ π.] Antea absque distin-  
 ctione legebatur, συμβουλή ἀγαθόν οἱ π. quam confu-  
 sionem non animaduertens Arcerius, συμβουλήs ἀγαθόν  
 οἱ πόνοι, legendum censuit, vertitque. *Labores enim  
 consilii donum sacrum sunt:* quo quid a vero sensu  
 alienius dici potuit? *Kust. Cap. IX. sect. 49.* haec  
 sententia occurrit: οὐ γὰρ οὕτως ὑπάρχειν τὴν συμβουλήν  
 ἱερὸν, ὡς τὸν ἔπαινον. *Kiess.*

23) ἐπὶ κολάσεως] Loganus, recte censens, sententiam  
 ab Obrechtō extusam auctoris sensui vix respondere,  
 ita scribit: ἐπὶ ἀκολασίας γούν ἐλθ. Neque tamen eidem  
 vsquequaque placet ἔρχεσθαι ἐπὶ ἀκολασίας, quod lin-  
 guae Graecae genius πρῆτι non videatur. Verbum  
 κολασθῆναι interpretatur *cohiberi*, non *puniri*. — Si

quia et hic supplex et lunae sacer est; unde et horas denuntiat. Consilium poscenti nullum aliud quam optimum dandum esse; rem enim sacram esse consilium. Laborare, bonum; voluptatibus vero indulgere, omnino malum. Quum enim ad luendas poenas nascamur, poenas etiam nos luere debere. Sacrificandum et templum ingrediendum nudis pedibus. Ad templum non esse e via diuertendum; non enim obiter aut in secundis curis deum habendum esse. Bonum esse vulneribus aduerso pectore exceptis occumbere; malum vero, contrarium. Animam humanam in ea sola animalia non ingredi, quae mactare fas est; ideoque ex immolabilibus illa sola comedenda, quae pro victi-

contuleris et ea quae praecedunt et hunc locum Protreptici cap. VIII. p. 134. τοῦτο γὰρ θεῖον οἱ ἀρχαιότεροι λέγουσι, τὸ φάσαι διδόναι τὴν ψυχὴν τιμωρίαν καὶ ζῆν ἡμᾶς ἐπὶ κολάσει μεγάλων τῶν ἀμαρτημάτων. hanc expectabis sententiam: quum enim castigationis causa hanc vitam ingressi simus, oportet nos castigari: quae subiecta erit huic loco, si legeris: ἐπὶ κολάσει γὰρ ἡμᾶς ἰδούκτας δεῖ κολασθῆναι. *Kiess.*

24) Εἰς ἱερὸν οὐ δεῖ ἐκτρέπεσθαι· οὐ γὰρ π.] Porphyrius *de Vita Pyth.* praecceptum hoc Pythagoricum sic offert: Προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παύρου τοὺς θεοὺς, ἀλλ' οἰοθεῖν ἐπὶ τοῦτο ἠρμημένους. *Kust.*

25) τὸ θεῖον] Ita scripsi monentibus Arcerio et Kustero, pro τὸν θεόν, quod antea legebatur. *Kiess.*

26) εἰς μόνα] Μόνα pro μόνον, quod habent edd. Arc. et Kust., item ed. Ciz., scribendum esse, vir doctus ad marginem codicis Spanhem. recte monuit. Tum in Ciz. pro ᾧ exaratum est οἷς. *Kiess.*

ἐοδίειν καθήκη· ἄλλου δὲ μηδενὸς ζῶου. τα  
 μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν ἀκουσμάτων ἐστὶ· τὰ δὲ  
 πλεῖστον ἔχοντα μῆκος, περὶ τε θυσίας, καθ'  
 ἑκάστους τοὺς καιροὺς πῶς χρῆ ποιεῖσθαι, τὰς  
 τε ἄλλας, καὶ περὶ μετοικήσεως τῆς ἐντεῦθεν,  
 καὶ περὶ τὰς ταφάς, 27) πῶς δεῖ καταῦτάπτε-  
 86 σθαι. 28) Ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν ἐπιλέγεται, διὰ  
 τί δεῖ· οἷον, ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι ἕνεκα τοῦ  
 καταλιπεῖν ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ θεῶν θεραπευ-  
 τήν· τοῖς δὲ οὐδεὶς λόγος πρόσεστι. καὶ ἔνια  
 μὲν τῶν ἐπιλεγομένων δόξει προσπεφυκέναι,  
 ἄπερ ἂν ἦ· ἔνια δὲ πόρρω· οἷον περὶ τοῦ τὸν  
 ἄρτον μὴ καταγνύναι, ὅτι πρὸς τὴν ἐν ἕδου  
 κρίσιν 29) συμφέρει. αἱ δὲ προστιθέμεναι  
 30) εἰκοτολογίαι περὶ τῶν τοιούτων οὐκ εἰσι  
 Πυθαγορिकाί, ἀλλ' ἐνίων ἕξασθεν ἐπισοφίζο-  
 μένων καὶ πειρωμένων προσάπτειν εἰκότα λό-  
 γον· οἷον καὶ περὶ τοῦ νῦν λεχθέντος, διὰ τί

27) πῶς δεῖ] Ciz. πῶς δῆ. Kiess.

28) Ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν ἐπιλέγεται, διὰ τί δεῖ] Ita hunc  
 locum restitui duce cod. Ciz. in quo est: ἐπειὼν —  
 ἐπιλέγεται τι δεῖ. Antea legebatur: ἐπὶ ἐνίων — ἐπιλέγε-  
 σθαι δεῖ. Exempla, quae deinceps ab auctore afferun-  
 tur, certam loci restituendi rationem monstrabant.  
 Ἐπιλέγειν simpliciter est insuper dicere, addere. Kiess.

29) συμφέρει] MS. noster cum negatione habet, οὐ  
 συμφέρει: quod considerandum est. Kust. Etiam Ciz.  
 et margo cod. Spanh. habent οὐ συμφ. Locus est ab-  
 securus, cui obscuritate similis est hic Diogenis:  
 ἄρτον μὴ καταγνύνειν, ὅτι ἐπὶ ἕνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοί-  
 των, καθάπερ καὶ νῦν οἱ βάρβαροι· μηδὲ διαφιεῖν, ὅς  
 συνάγει αὐτούς. οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἕδου κρίσιν. Aeternus  
 opinatur, forsitan ritum fidelium Christianorum taxari.

mis caedere licet; a caeteris omnibus abstinendum. Atque aliae quidem auditionum huiusmodi sunt: aliae vero prolixissimae, de sacrificiis, quomodo tum stato quouis tempore, tum caetera peragenda sint, et de discessu ex hac vita: item de sepultura, quomodo sit instituenda. Et quibusdam quidem ratio adiicitur, ob quid oporteat: vt, suscipiendos esse liberos, vt post te alium succedaneum deorum cultorem relinquant. Aliis vero subiecta ratio non est. Quaedam porro rationes e propinquo assumptae; nonnullae vero longius petitae sunt: vt, quod panis frangendus non sit, quoniam ad iudicium apud inferos conducit. Sed hae idoneae rationes additae non sunt Pythagoricae, sed quorundam extraneorum, qui eas comminiscuntur et idoneam rationem dictis conantur annectere: vt vel de eo,

Erasmus in Adag. p. m. 736. „Admonet non esse „dirimendam amicitiam: propterea quod antiquitus „amicitia pane conciliabatur. Vnde et Christus prin- „ceps noster distributo pane perpetuam inter suos ami- „citiam consecrabat. Proinde non conuenire frangi „id, per quod amici conglutinarentur.“ *Kiess.*

50) εἰκοτολογία] Occurrit hoc vocabulum etiam in loco Archytae apud Stobaeum p. 724. vbi Heeren. explicat *coniectationes de probabili rerum euentu.* Nostro loco intelliguntur *iustae s. idoneae rationes, quamobrem aliquid sit agendum.* — Paulo post pro εἰκότα λόγων, quod habens Kusterus et margo cod. Spanh., Ciz. exhibet εἰκαταλόγων, de quo Reinesius ex Arcer. edit. fecit εἰκοτολόγων. *Kiess.*

οὐ δεῖ καταγνῖναι τὸν ἄρτον· οἱ μὲν γὰρ φασιν, ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν· (72) 31) τὸ γὰρ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἓνα ἄρτον ουνίεσαν οἱ φίλοι· οἱ δ', ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιῆσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον, καταγνῖντα καὶ συντρίβοντα. 32) ἅπαντα μέντοι, ὅσα περὶ τοῦ πράττειν ἢ μὴ πράττειν διορίζουσιν, ἐστόχασται τῆς πρὸς τὸ θεῖον ὁμιλίας, 33) καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ, καὶ ὁ βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ· καὶ ὁ λόγος ἀν-  
87 τός· ταῦτ' ἐστὶ τῆς φιλοσοφίας. Γελοῖον γὰρ ποιῶσιν ἄνθρωποι ἄλλοθεν ποθεῖν ζητοῦντες τὸ εὖ, ἢ παρὰ τῶν θεῶν, καὶ ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν βασιλευμένῃ χώρᾳ τῶν πολιτῶν τινα 34) ὑπαρχόν θεραπεύοι, ἀμελήσας αὐτοῦ τοῦ πάντων ἀρχόντος· τοιοῦτον γὰρ οἶονται ποιεῖν καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἐπεὶ γὰρ ἐστὶ τε θεός, καὶ οὗτος πάντων κύριος, δεῖν ὁμολογεῖται παρὰ τοῦ κυρίου τὸ ἀγαθὸν αἰτεῖν.

31) τὸ γὰρ ἀρχαῖον βαρβ.] Vide Menagium ad Laert. lib. VIII. Num. 35. Kust. In Arc. et Ciz. est τὸ δέ, et paulo inferius in eodem Ciz. καταγνῖναι καὶ συντρίβοντα. Kiess.

32) ἅπαντα μέντοι, ὅσα περὶ τοῦ πράττειν — ἐναντίας ἔχουσι, τὰ ἐναντία] Totus hic locus repetitur infra, Num. 137. quod et de aliis locis miror. Quid enim crebra illa ταυτολογία opus est? Kust.

33) καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ] Locus hic turbatus est et corruptus, quem sic in ordinem redigo: ἐστόχασται πρὸς τὸ θεῖον, καὶ ὁ βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ· καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ καὶ λόγος οὗτος τῆς φιλοσο-

quod modo dictum est, quare panis frangendus non sit, alii quidem aiunt propterea, quod non oporteat congregationis causa factum dissoluere; cum antiquis moribus barbarorum omnes amici ad vnum panem conuenerint: alii vero dicunt, auspicantem aliquid non oportere frangendo comminundoque huiusmodi omen praebere. Ac omnia quidem praecepta, quibus, quid agendum, quid non agendum sit, definiunt, ad diuinum numen tendunt, estque hoc principium et eo omnis vita ordinatur, vt deum sequamur; atque haec est huius philosophiae ratio. Ridiculi enim agunt homines, qui, quod bonum est, aliunde quam a diis petunt: perinde ac si quis in prouincia regis potestati subiecta quendam e ciuium numero praefectum colat, neglecto eo, qui omnibus dominatur: tale enim quid Pythagorei existimant ab hominibus illis fieri. Quum enim et deus sit, et omnibus imperet, in confesso est, bonum a domino petendum esse. omnes

*φίας.* Sic expedita sunt omnia. Vide Nos etiam infra ad Num. 137. *Kust.* Post *θειον* Reinesius adscipit *δμολογίας*, e sect. 137. Sed genuinum vocabulum est *δμιλίας*, quod ibi a viro docto in marg. cod. Spanhe<sup>st</sup>. adnotatum, et a nobis utroque loco auctori redditum est. Vltima in hunc modum scribenda videntur: *καὶ ἡ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ καὶ ὁ λόγος οὗτος ταύτης τῆς φιλοσοφίας.*  
*Kiess.*

34) ἑπαρχον] Cd. Ciz. cum Arc. ἑπάρχον. *Kiess.*

πάντες γὰρ, οὓς μὲν ἂν φιλοῦσι, καὶ οἷς ἂν  
χαίρωσιν, τοιούτοις διδάσκει τὰ γαθὰ· πρὸς οὓς  
δὲ ἐναντίας ἔχουσι, τὰ ἐναντία. τούτων μὲν  
(73) αὕτη καὶ τοιαύτη σοφία· ἣν δὲ τις Ἱππομέδων  
35) ἄγριος Αἰνεὺς Πυθαγόρειος τῶν Ἀκουσμα-  
τικῶν, ὃς ἔλεγεν, ὅτι πάντων τούτων 36) ἐκεί-  
νος λόγους καὶ ἀποδείξεις εἶπεν, ἀλλὰ διὰ τὸ  
37) παραδίδοσθαι διὰ πολλῶν 38) καὶ αἰεὶ ἀρ-  
γοτέρων, 39) τὸν μὲν λόγον περιηρηῆσθαι· λελει-  
φθαι δὲ αὐτὰ τὰ προβλήματα. 40) οἱ δὲ περὶ  
τὰ μαθήματα τῶν Πυθαγορείων τούτους τε  
ὁμολογοῦσιν εἶναι Πυθαγόρου, καὶ αὐτοὶ φα-  
σιν ἔτι μᾶλλον, καὶ ἃ λέγουσιν αὐτοὶ, ἀληθῆ  
εἶναι· τὴν δὲ αἰτίαν τῆς ἀνομοιότητος τοιαύ-  
88 τὴν γενέσθαι φασίν. \*) Ἀρκεῖσθαι τὸν Πυθα-

35) ἄγριος Αἰνεὺς] Arcecius vertit, rusticus Aeneus.  
Sed quid hoc? Vir doctus ad marginem codicis Span-  
hemiani notauerat, Ἀγριανεύς. At nos, deleto ἄγριος,  
legendum censemus, Αἰγεῖος. Nam infra, cap. vii.  
inter Aegeos receperetur Hippamedon. Kust. Etiam  
in Ciz. ἄγριος Αἰνεὺς. Stanleius quoque Hist. Philos.  
p. 519. Ἀγριανεύς. Kiess.

36) ἐκεῖνος] Ita recte Ciz., quemadmodum pro ἐκείνους,  
quod in edd. Arc. et Kust. exstat, scribendum esse  
monuit Scaliger. Sic Pythagoram καὶ ἐξοχήν a secta-  
toribus suis appellatum fuisse, tum alios testari, tum  
Iamblichum Num. 89., adnotavit Kusterus ad hunc  
locum. Kiess.

37) παραδίδοσθαι] Ita Kust. In Arc. παραδιδόσθαι,  
in Ciz. παραδιδόσθαι. Quod adeo recipiendum vide-  
tur. Kiess.

38) καὶ αἰεὶ ἀργότερων] Arcecius scribendum putabat,  
καὶ ἐναργότερων: male omnino. Est enim locus sanus et  
mendi expertus: quem Obrechtus recte vertit. Kiess.

enim iis bona tribuunt, quos amant, quosque sibi acceptos habent; quos vero contrario affectu prosequuntur, iis contraria immittunt. Et horum quidem sapientia ita se habet. Fuit autem quidam Hippomedon Aegyptius, Pythagoreus, e numero acusmaticorum, qui dicebat, Illum omnibus hisce rationes demonstrationesque subiecisse; quia vero vulgo a pluribus, iisque semper segnioribus tradebantur, inde factum esse, ut rationibus detractis sola problemata reliqua manserint. Qui vero de Pythagoreis mathematici dicuntur, illi fatentur et istas rationes esse Pythagorae, et ipsi plura insuper tradunt, quaeque dicunt, ea contendunt vera esse: sed causam dissimilitudinis hanc esse aiunt: venisse Pythagoram ex Ionia

39) τὸν μὲν λόγον] Sic recte MS. Antea vero male, τὸν μὲν λόγον. *Kust.*

40) οἱ δὲ περὶ τὰ μαθ.] Locum hunc sic intellige, ac si scriptum esset, οἱ δὲ Μαθηματικοὶ τῶν Πυθαγορείων: ut Obrechtus recte. Deinde pro τούτους δὲ, sensu exigente, rescripsi, τούτους τε. *Kust.*

\*) Paragraphus 88. cum praecedente non magis coit, quam duorum diuersorum librorum inter se finis et initium, aut paragraphus 89. cum 90. cohaeret. Horum igitur duorum segmentorum auctorem nominare non possumus. Eum a Diogene diuersum esse, ex iis intelligitur, quae in paragrapho 89. aliter, atque in paragraphis 81. et 82. traduntur. Quanta vero est imperitia et credulitas huius scriptoris, qui Hippasum narrat propterea misera morte periisse, quod geometrica quaedam problemata a Pythagoreis adhuc



γόραν ἐξ Ἰωνίας καὶ Σάμου κατὰ τὴν Πολυκράτους τυραννίδα, ἀκμαζούσης τῆς Ἰταλίας, καὶ γενέσθαι συνήθεις αὐτῷ τοὺς πρώτους ἐν ταῖς πόλεσι. τούτων δὲ τοῖς μὲν πρεσβυτέροις καὶ ἀσχόλοις, διὰ τὸ ἐν πολιτικοῖς πράγμασι κατέχεσθαι, <sup>41)</sup> ὡς χαλεπὸν ὄν διὰ τῶν μαθημάτων καὶ ἀποδείξεων ἐντυγχάνειν, ψιλῶς διαλεχθῆναι, ἡγούμενον, οὐδὲν ἥττον ὠφελεῖσθαι (74) καὶ ἄνευ τῆς αἰτίας, εἰδότας, τί δεῖ πράττειν ὥσπερ καὶ οἱ ἰατρευόμενοι, οὐ προσακούοντες διὰ τί αὐτοῖς ἕκαστον πρακτέον, οὐδὲν ἥττον τυγχάνουσι τῆς ὑγείας· ὅσοις δὲ νεωτέροις ἐνετύχχανε, καὶ δυναμένοις <sup>42)</sup> πονεῖν καὶ μανθάνειν, τοῖς τοιούτοις δὲ ἀποδείξεως καὶ μαθημάτων ἐνετύχχανεν. <sup>43)</sup> αὐτοὺς μὲν οὖν εἶναι ἀπὸ τούτων· ἐκείνους δὲ ἀπὸ τῶν ἑτέρων. περὶ δ' <sup>44)</sup> Ἰππάσου μάλιστα, ὡς ἦν μὲν Πυ-

celata euulgauerit! Ita Meiners. p. 277. (At sectiones 87. et 88. inter se connexas esse, facile intelliget, qui utramque attentius legerit. Kiess.)

41) ὡς χαλεπὸν ὄν διὰ τῶν μαθ.] Propter ἀκολουθίαν orationis scribo, ὥστε χαλεπὸν εἶναι διὰ τῶν μαθημάτων καὶ ἀποδείξεων αὐτοῖς ἐντυγχάνειν. Addo αὐτοῖς, quia datini praecedentes πρεσβυτέροις et ἀσχόλοις non reguntur a verbo ἐντυγχάνειν, sed διαλεχθῆναι. Deinde, διὰ τῶν μαθημάτων καὶ ἀποδ. ἐντυγχάνειν, non est, disciplinis et demonstrationibus vacare, vt eruditus Obrechtus vertit, sed de disciplinis et demonstrationibus cum aliquo colloqui vel sermonem conferre. Kust. Parum feliciter Kustero cessit emendatio huius loci; nec potuit, nam locus integer est et sic intelligendus: Quam res difficilis esset, iis utpote occupatis negotiis civilibus et aetate prouectis disciplinas et demonstratio-

3) *Φιλόλαός*] *Mirror*, Iamblichum hic dicere, Philolaum Pythagorae fuisse *σύγχρονον*, cum infra Num. 199. plures aetates inter eundem et Pythagoram intercessisse diserte doceat. Hanc *ἀνοστασίαν* recte etiam obseruauit ingens literarum decus, Richardus Bentleius, in *Dissertat. de Phalar. Epist.* p. 87. (p. 201. ed. Lips.). Sane, nisi dicamus, Philolaum hunc ab altero diuersum fuisse, non video, quomodo loca ista conciliari possint. *Kust.* Wyttenbachius in *Platonis Phaedon.* p. 130. ita de hac re disputat: „Hic locus (Phaedonis) „vel solus testatur, Philolai aetatem minimum ad

λόλαός τε, καὶ 4) Εὔρυτος, καὶ 5) Χαράνδας, καὶ Ζάλευκος, καὶ 6) Βρύσσων, Ἀρχίτας τε ὁ πρεσβύτερος, καὶ Ἀρίσταιος, καὶ Λύσις, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ Ζάμολξις, καὶ 7) Ἐπιμενίδης, καὶ 8) Μίλων, 9) Δεύκιππός τε, καὶ 10) Ἀλκραιών, καὶ 11) Ἴππατος, καὶ 12) Θυμαρίδας, καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς ἅπαντες, πλῆθος 13) ἔλλογίμων καὶ ὑπερφυῶν ἀνδρῶν, τὰς τε διαλέξεις καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, καὶ τοὺς ὑπο-

„Olymp. XC. pertinuisse, vt eum Thebis Simmias et „Cebes audire potuerint; quippe qui Olymp. XCV. 1. „Socrati morienti praesto fuerunt. Vnde consequitur, „Philolaum non potuisse Pythagorae viuo operam de- „disse, quippe mortuo, vt serissime, Olymp. LXXII: „nisi illum supra centum annos vixisse statuamus. Iam- „blichus, qui eum Pythagorae auditorem prodit §. „104., alio loco §. 199. alium auctorem, vt videtur, „secutus narrat, Philolaum multis generationibus post „Pythagoram fuisse: quem discessum non praetermisit „Bentleius Dissert. de Aetate Pythag. p. 49.“ Adde „Ideler über das Verhältniss des Copernicus zum Alter- „thum, in libro: Museum der Alterthumswissenschaft. 2 Bd. p. 405. sq. *Kiess.*

4) Εὔρυτος] Sect. 139. μαθητῆς Εὔρυτος Φιλολάου. Sect. 148. Εὔρυτος ὁ Κροτωνιάτης, Φιλολάου ἀκουστής. Sect. 266. ἐν Μεταποντίῳ δὲ Θεωρίδην καὶ Εὔρυτον. Sect. 267. Ταρανῆνοι, Φιλόλαος, Εὔρυτος. *Kiess.*

5) Χαράνδας, καὶ Ζάλευκος] Confer Nostrum infra, Num. 130. et 172. *Kust.* Vid. Bentleium, p. 337. sqq. *Kiess.*

6) Βρύσσων] Meminit eius Laertius in Prooemio; sed vbi Βρύσσων vocatur. *Kust.* Conf. Athen. XI. p. 508. *Kiess.*

7) Ἐπιμενίδης] Vide modo laudatum Richard. Bentleium in praeclara Dissert. de Phalar. Epist. p. 68. (p. 182. ed. Lips.) *Kust.*

Charondas, et Zaleucus, et Brysson, Archytas item senior, et Aristaeus, et Lysis, et Empedocles, et Zamolxis, et Epimenides, et Milo, et Leucippus, et Alcmaeon, et Hippasus, et Thymaridas, et quotquot ea aetate fuerunt magno numero docti et excellentes viri, dissertationes suas, collo-

8) *Μίλων*] Ita Par. e marg. Spanh. et Ciz., quod recepi, quum Milonis nomen in Pythagoreis sit celebratum et infra sect. 267. in Crotoniatis item memoretur *Μίλων*. In edd. Arc. et Kust. est *Μόλων*. *Kiess.*

9) *Λεύκιππος*] Hunc Leutippum oportet diuersum esse ab eo, de quo Laert. in Prooemio, et lib. IX. Is enim Zenonis discipulus fuit, et quinque saltem aetatibus post Pythagoram vixit. *Kust.*

10) *Ἀλκμαίων*] De hoc vide Laertium lib. VIII. Num. 83. *Kust.* Reinesius adscripsit locum Aristotelis Metaphysic. lib. I. c. 5. Tom. II. p. 488. Edit. Lugd. *καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ.* Numeratur Alcmaeon in Crotoniatis apud Iamblich. sect. 267. Ab Aristotele quoque loco citato vocatur *Κροτωνιάτης*. *Kiess.*

11) *Ἰππασος*] Confer Nostrum supra Num. 81. et Num. 88. Laert. lib. VIII. Num. 84. et Clariss. Ioh. Alb. Fabricium, literatae Germaniae decus eximium, Biblioth. Graec. lib. II. p. 492. (Tom. I. p. 848. ed. Harles.). *Kust.*

12) *Θυμαρίδας*] Ita Ciz. et Par. e marg. Spanh. In edd. Kust. et Arc. *Θυμαρίδης*. Vid. infra, Num. 145. In sect. 267. in Parisi memoratur *Ἐυμαρίδας*, pro quo nomine in Ciz. ibi legitur *Ἐύμερίδας*. Verum nomen ibi quoque *Θυμαρίδας* videtur esse. Literae ε̄ et ε̅ non raro permutantur. *Kiess.*

13) *ἔλλογίμων*] Ciz. *ἔλλογιμένον*. *Kiess.*

Tom. II.

P

μνηματισμούς τε καὶ <sup>14)</sup> ὑποσημειώσεις, καὶ  
 αὐτὰ ἤδη τὰ συγγράμματα καὶ ἐκδόσεις πά-  
 σας, ὧν τὰ πλείονα μέχρι καὶ τῶν ἡμετέρων  
 (88) χρόνων διασώζεται, <sup>15)</sup> οὐ τῇ κοινῇ καὶ δη-  
 μῳδει, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εἰωθυῖα  
 λέξει συνετὰ ἐποιοῦντο <sup>16)</sup> τοῖς ἐξ ἐπιδρομῆς  
 ἀκούουσι, πειρώμενοι <sup>17)</sup> εὐπαρακολούθητα τὰ  
 φραζόμενα ὑπ' αὐτῶν τίθεσθαι· ἀλλὰ κατὰ  
 τὴν νενομοθετημένην αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρου  
 ἐχεμυθίαν θείων μυστηρίων καὶ πρὸς τοὺς  
 ἀτελέστους ἀπορρήτων τρόπων ἤπιοντο, καὶ  
 διὰ συμβόλων <sup>18)</sup> ἐπέσκεπον τὰς πρὸς ἀλλήλους  
 105 διαλέξεις ἢ <sup>19)</sup> καὶ συγγραφάς. Καὶ εἰ μὴ τις  
 αὐτὰ τὰ σύμβολα ἐκλέξας διαπτύξειε, καὶ  
<sup>20)</sup> ἀμώμῳ ἐξηγήσει περιλάβοι, <sup>21)</sup> γελοῖα ἂν  
 καὶ γραώδη <sup>22)</sup> δόξειε τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ

14) ὑποσημειώσεις] Hoc vocabulum interpretatur Cu-  
 perus (Obs. lib. I. p. 109.) praecepta, quae per no-  
 tas ex ore docentis Pythagorae excerpta scripserunt:  
 talesque multos libros fuisse narrat idem Iamblichus  
 cap. XXIX. quibus Pythagorei non suum, sed ipsius  
 Pythagorae nomen praefigebant. Kiess.

15) οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημῳδει — ἀδολεσχίας] Haec  
 ἀντολεξεῖ leguntur etiam in *Protreptico* Iamblichi, cap.  
 XXI. p. 130. 131. (p. 308. sq. ed. Lips.) Kust.

16) τοῖς ἐξ ἐπιδρομῆς ἀκ.] In *Protreptico* plenius,  
 τοῖς ἀπλῶς ἀκούουσιν, ἐξ ἐπιδρομῆς τε ἐντυγχάνουσιν.  
 Kust.

17) εὐπαρακολούθητα] Ita, iubente etiam Kustero,  
 scripsi pro ἀπαρακολούθητα, quod hic codices male  
 tuentur. Sensus enim ἀκολουθία, vt Kusteri verbis  
 utar, haec est: Pythagorici in colloquiis et scriptis suis  
 non utebantur dictione communi et vulgari, vt doctri-  
 nam suam auditoribus intellectu facilem redderent; sed

quia, commentarios, scripta denique et libros editos, quorum pleraque ad nostram vsque aetatem conseruata sunt, non communi aut populari vulgoque vsitata dictione composuerunt, vt primo statim intuitu possent intelligi; neque planam audientibus ad assequenda, quae tradebantur, viam sternere allaborarunt: sed potius iuxta *echemythiam* legemque silentii a Pythagora sancitam secuti sunt morem illum, qui in celandis apud non initiatos occultandisque diuinis mysteriis seruari solet. Colloquia enim sua et scripta symbolis obsepiebant: quae nisi quis exposita aperuerit, seriaque enarratione vestiuerit, ridicula et anilia, nugisque et gerris plena, quae dicuntur,

- etc. Hinc etiam apparet, eodem Kustero recte moneute, particulam *ἀλλά*, si *ἀπαρακολούθητα* scribas, a loco hoc alienam fore. *Kiess.*
- 18) *ἐπέσκεπον*] Ita hic scripsi e Protreptico. Rittershusius et Reinesius *ἐπεσκόπουν*, quod antea legebatur et in Ciz. quoque exstat, in *ἐπεσκότουν*, *obumbrabant*, mutare malebant. *Kiess.*
- 19) *καὶ συγγραφάς*] In Ciz. deest *καὶ*, et, vt in Protreptico, deesse potest. *Kiess.*
- 20) *ἀμώμῳ ἐξηγήσει*] Pro *ἀμώμῳ* et hic et in Protreptico constanter Cdd. offerunt corruptum *ἀμώκῳ*, quod Kusterus in textu reliquit. Idem vix doctus recte hic desiderat vocem *περιλάβοι*, quam ab omnibus, vt videtur, codicibus exulantem, e Protreptico renocauit. *Kiess.*
- 21) *γελοῖα ἂν καὶ γρ.*] Eadem Noster inculcat infra, Num. 227. *Kust.*
- 22) *δόξετε*] In Ciz. vt in Arc. *δόξη*. Ibidem post *λήγου* deest *τε*. *Kiess.*

λεγόμενα, λήρου τε μεστὰ καὶ ἀδολεσχίας. ἐπειδὴν μέντοι κατὰ τὸν τῶν συμβόλων τούτων τρόπον διαπτυχθῆ, καὶ <sup>23)</sup> φανερὰ καὶ <sup>24)</sup> εὐαγῆ ἀντὶ σκοτεινῶν τοῖς πολλοῖς γένηται, <sup>25)</sup> θεοπροπία καὶ χρησμοῖς τισὶ τοῦ Πυθίου (89) <sup>26)</sup> ἀναλύει, καὶ θανμαστὴν ἐκφαίνει διάνοιαν, δαιμονίαν τε ἐπίπνοιαν ἐμποιεῖ τοῖς νενοηκόσι τῶν φιλολόγων. <sup>27)</sup> οὐ χεῖρον δὲ ὀλίγων μνημονεῦσαι, ἕνεκα τοῦ σαφέστερον γενέσθαι τὸν τύπον τῆς διδασκαλίας. Ὅδοῦ πάρεργον οὔτε εἰσιτέον εἰς ἱερόν, οὔτε προσκυνητέον τὸ παράπαν, οὐδ' εἰ πρὸς ταῖς θύραις αὐταῖς παριῶν γένοιο. Ἀνυπόδητος <sup>28)</sup> θῦε καὶ προσκύνει. Τὰς λεωφόρους ὁδοὺς <sup>29)</sup> ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βιάδιζε. Περὶ Πυθαγορείων ἄνευ φωτὸς μὴ λάλει. <sup>30)</sup> Τοιοῦτος, ὡς ἐν τύποις εἶπεῖν, ὁ τρόπος ἦν αὐτοῦ τῆς διὰ συμβόλων διδασκαλίας.

23) φανερὰ] Sic recte MS. pro φανὰ, quod prior Edit. habet. *Kust.* Etiam in Ciz. est φανὰ. *Kiess.*

24) εὐαγῆ] Vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani rescripserat, ἐναυγῆ: quod non displicet. *Kust. Reinesius: lege, ἐναυγῆ. Kiess.* [Miror, non incidisse illos in verum, ἐναυγῆ: nisi forte hoc ipsum scriptum fuit in marg. libri Spanhemiani. *Schaefer.*]

25) θεοπροπία] In Ciz. θεοπροπέιαν, in Par. θεοπροπιαν. *Kiess.*

26) ἀναλύει] Scribe, ἀναλογεῖ: ut itidem vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani recte monuit. Caeterum cum hoc loco conferendus est Noster infra, Num. 161. *Kust.* Loganus p. 97. loco ita succurrit: χρησμοῖς τισὶ τοῦ Πυθίου ἀναλυθεῖσι ἕκιστα θανμαστὴν

videri poterunt: si quis vero ea iuxta modum hisce symbolis congruentem euoluerit, ita ut pro obscuris lucida fiant, et vulgo etiam sincere apprehendenda pateant; cum diuinis vaticiniis et oraculis Apollinis Pythii paria faciunt, admirabilemque praeferunt sensum, et iis qui intellectu et eruditione pollent, diuini aliquid inspirant. Nec absonum fuerit pauca quaedam eorundem commemorare, ut iste docendi modus amplius illucescat. Ne obiter atque aliud agendo ad templum diuertas, aut omnino adores; etiamsi ad ipsas templi fores transire te contingat: sacrificia et adora exalceatus: declina a via regia et incede per semitam. De Pythagoreis ne loquaris absque lumine. Talis erat eius, ut rudi Minerva dictum est, modus docendi per symbola.

*ἐκπαίρει διάνοιαν.* Nemo dubitabit, prae Logano cum Kustero Scaligerum sequi. οἱ νενοηκότες sunt, qui sapiunt. *Kiess.*

27) οὐ γέρον] I. e. non abs re fuerit. Eadem locutio occurrit cap. 26. sect. 115. cap. 30. sect. 174. et 176. *Kiess.*

28) θύε] In Ciz. et Arc. θύε, male; nam *v* produci-  
tur. *Kiess.*

29) ἐκκλήων] In Ciz. ἐκκλειών. *Kiess.*

30) Τοιοῦτος, ὡς ἐν τύποις εἰπεῖν] Ita Arc. et Kust.  
In Ciz. τοιοῦτος ὡν καὶ τύποις εἰπεῖν. *Kiess.*



## Κ Ε Φ. κδ.

106

2) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τροφή μεγάλη συμβάλλεται πρὸς τὴν ἀρίστην παιδείαν, ὅταν καλῶς καὶ τεταγμένως γίνηται, σκεψώμεθα, τίνα καὶ περὶ ταύτην ἐνομοθέτησε. Τῶν μὲν βρωμάτων καθόλου τὰ τοιαῦτα ἀπεδοκίμαζεν, 2) ὅσα πνευματώδη καὶ ταραχῆς αἷτια, 3) τὰ δ' ἐναντία ἐδοκίμαζέ τε καὶ χρῆσθαι ἐκέλευεν, ὅσα τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καθίστησι τε καὶ συστέλλει. Ὅθεν ἐνόμιζεν εἶναι καὶ τὴν κέγχρον (90) ἐπιτήδειον εἰς τροφήν. 4) καὶ ὅλου δὲ ἀπεδοκίμαζε καὶ τὰ τοῖς θεοῖς ἀλλότρια, ὡς ἀπάγοντα ἡμᾶς τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς οἰκειώσεως. κατ' ἄλλον δὲ αὖ τὸν τρόπον καὶ τῶν νομιζομένων εἶναι ἱερῶν σφόδρα ἀπέχεσθαι 5) παρήγγελλεν, ὡς τιμῆς ἀξίων ὄντων, ἀλλ' οὐχὶ τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης χρήσεως, καὶ ὅσα δὲ εἰς μαντικὴν ἐνεπόδιζεν ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς, καὶ 6) ἀγνείαν, ἢ πρὸς σωφροσύνης ἢ ἀρετῆς ἕξιν, παρήνει φυλάττεσθαι. Καὶ τὰ πρὸς εὐάγειαν δὲ ἐναντίως ἔχοντα, καὶ ἐπιθολοῦντα τῆς ψυχῆς τὰς τε ἄλλας καθαρότητας καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάσματα παρη-

2) Ἐπεὶ δὲ] In Ciz. ἐπιυδὴ δέ. Idem deinceps σκεψώμεθα. Kiess.

2) ὅσα πνευματώδη καὶ ταρ.] Pro tali cibo habebantur fabae: unde iis abstinendum esse Pythagoras praecipit. Vide Suidam v. Πυθαγόρας, et Geopon. lib. II. cap. XXXV. Kust. Ταραχαὶ τῆς κοιλίας de alni statu Hippocrat. Aphorism. I. 2. Kiess.

## CAP. XXIV.

Quoniam vero et alimenta, si rite atque ordine adhibeantur, ad optimam institutionem plurimum conferunt, age consideremus etiam, quasnam illis leges dixerit. Ac in genere quidem omnes cibos improbabat, qui flatulenti essent, quique stomacho tumultum excitare possent: alios vero his dissimiles commendabat; qui quidem habitum corporis confirmant adstringuntque: unde et milium nutritioni aptum iudicauit. Omnino autem eos cibos reiciebat, qui diis ingrati essent, quia nos a dei familiaritate abducerent. Alio vero intuitu abstinere iubebat a comedendis quae sacra censebantur; quia honore reuerentiaque maiori digna essent, quam vt communi hominum vsu absumerentur. Monebat etiam cauere ab iis, quae facultatem diuinandi, puritatem animae, castitatem, sobrietatem aut virtutis habitum impedirent. Denique respuebat cuncta sanctitati aduersa, et tum caeteram animae puritatem, tum oblatas in

3) τὰ δ' ἐναντία ἐδοκιμάζε τε] Sic recte MS. pro, τὰ δ' ἐναντι ἐδοκιμάζεται, quod prior Edit. habet. *Kust.* In Ciz. deest τε, et deinde ἐκίλευσε. *Kiess.*

4) κατ' ὅλου] Ciz. καθόλου. *Kiess.*

5) παρήγγελλεν] Ciz. παρήγγειλεν. *Kiess.*

6) ἄγνοιαν] Ciz. ἄγνοϊαν. Idem cum Par. e marg. Spanh. pro ἡ ἀρετῆς habet καὶ ἀρετῆς. *Kiess.* [Mox malim ἐναύγειαν. *Schaefer.*]

τεῖτο. κοινῶς μὲν οὖν 7) ταῦτα ἐνομοθέτησε  
περὶ τροφῆς. ἰδίᾳ δὲ τοῖς θεωρητικωτάτοις  
τῶν φιλοσόφων, καὶ ὅτι μάλιστα ἀκροτάτοις  
καθ'άπαξ περιήρει τὰ περιττὰ καὶ ἄδικα τῶν  
ἐδυσμάτων, μίτε ἔμψυχον μηδὲν μηδέποτε  
ἐσθίειν εἰσηγούμενος, μίτε οἶνον ὅλως πίνειν,  
μίτε θύειν ζῶα θεοῖς, μίτε καταβλάπτειν  
μῆδ' ὄτιοῦν 8) αὐτά, διασώζειν δὲ καὶ τὴν πρὸς  
108 αὐτὰ δικαιοσύνην ἐπιμελέστατα. Καὶ αὐτὸς  
οὕτως ἔζησεν ἀπεχόμενος τῆς ἀπὸ τῶν ζῶων  
τροφῆς, καὶ τοὺς 9) ἀναιμάκτους βωμοὺς προσ-  
κυνῶν· καὶ ὅπως μῆδὲ ἄλλοι ἀναιρήσωσι τὰ  
(9<sup>1</sup>) ὁμοφυῆ πρὸς ἡμᾶς ζῶα 10) προμηθεύμενος, τὰ  
τε ἄγρια ζῶα σωφρονίζων μᾶλλον καὶ παι-  
δεύων διὰ λόγων καὶ ἔργων, ἀλλ' οὐχὶ διὰ  
κολάσεως καταβλάπτων. ἤδη δὲ καὶ τῶν πο-  
λιτικῶν τοῖς νομοθέταις προσέταξεν ἀπέχεσθαι  
τῶν ἐμψύχων· ἅτε γὰρ βουλομένους ἄκρως  
δικαιοπραγεῖν ἔδει 11) δῆπου μῆδὲν ἀδικεῖν τῶν

7) ταῦτα] Ciz. ταύτην. Kiess.

8) αὐτά] Imo αὐτῶν, propter praecedens ὄτιοῦν. Kust.  
Non opus hac mutatione, si μῆδ' ὄτιοῦν intelligas ne  
minimum quidem. Antea Ciz. καβλάπτειν. Kiess.

9) ἀναιμάκτους βωμοὺς] Confer Nostrum supra, Num.  
25. et 35. Kust. Add. Meiners. p. 428. Cic. N. D.  
3, 88. Quamquam Pythagoras, quum in Geometria novi  
quiddam inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. Sed  
id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini quidem  
Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine ad-  
spargeret. Kiess.

10) προμηθεύμενος] Ita Arc. et Kust. In Ciz. προθυ-  
μούμενος, quod et ipsum huic loco bene conuenit: et

somno species obfuscantia. Tales erant leges cibariae generales: singillatim vero iis, qui inter philosophos contemplationi addictiores forent, quique maxime seuera lege agitari essent, omnia superflua vetitaque ciborum genera semel submouebat; ac ne vnquam vel animata ederent, vel vinum biberent, vel diis hostias immolarent, vel villo denique modo animalia laederent, quin iis potius debita iura studiosissime seruarent, auctor extitit. Sed et ipse ita vixit, vt a carne animalium abstineret et ad aras adoraret sanguine nunquam adpersas: prouidebat insuper, ne et alii animalia, vtpote eandem nobiscum naturam sortita, caederent; ipse feras corripuens potius, et re ac verbis instituens, quam puniendo destruens. Praeterea iis quoque inter politicos, qui legislatores erant, praecepit, vt ipsi quoque ab animalibus abstinerent. Quum enim exactissimum iustitiae cultum profiteantur, oportere vtique eos in nullum e cognatis

*ipse abstinebat a carne animalium, et vt alii quoque idem obseruarent, efficere studebat. Ita apud Nostrum sect. 165. προθυμούμενος ἀναμνήσκουθαι. De horum verborum confusione vid. Dornill. ad Charit. p. 471. Kiess.*

- 11) δῆπου] Sic rescripsi pro δὴ τοῦ, quod prior Edit. nullo sensu habet. *Kust.* Δῆπου iam Heraldus restituit. Antea Rittershusius ad Porphyg. p. 50. pro πολιτικῶν manult πολιτειῶν. In Ciz. quoque δὴ τοῦ pro δῆπου. *Kiess.*

συγγενῶν ζώων. ἐπεὶ πῶς ἂν ἔπεισαν δίκαια  
 πράττειν τοὺς ἄλλους, αὐτοὶ ἀλλισκόμενοι ἐν  
 πλεονεξίᾳ <sup>12)</sup> συγγενικῇ τῇ τῶν ζώων μετοχῇ,  
 ἅπερ διὰ τὴν τῆς ζωῆς καὶ τῶν στοιχείων τῶν  
 αὐτῶν κοινωνίαν καὶ τῆς ἀπὸ τούτων ἀνιστα-  
 μένης συγκράσεως ὤσανεὶ ἀδελφότητι πρὸς ἡμᾶς  
 109 συνέξενκται. Τοῖς μέντοι ἄλλοις ἐπέτρεπε τι-  
 νῶν ζώων ἄπτεσθαι, ὅσοις ὁ βίος μὴ πᾶν ἦν  
 ἐκκαθαρμένος καὶ ἱερὸς καὶ φιλόσοφος. καὶ  
 τούτοις χρόνον τινὰ ὥριξε τῆς ἀποχῆς ὠρισμέ-  
 νον. ἐνομοθέτησε δὲ τοῖς αὐτοῖς, καρδίαν μὴ  
 τρώγειν, ἐγκέφαλον μὴ ἐσθίειν, καὶ τούτων  
 εἶργεσθαι <sup>13)</sup> πάντως τοὺς Πυθαγορικούς. <sup>14)</sup> ἡ-  
 γεμονίαί γάρ εἰσι καὶ ὤσανεὶ ἐπιβάθραι καὶ  
 ἔδραι τινὲς τοῦ φρονεῖν καὶ τοῦ ζῆν. <sup>15)</sup> ἀφω-  
 σοῦτο δὲ αὐτὰ διὰ τὴν τοῦ θείου λόγου φύ-  
 σιν. οὕτως καὶ <sup>16)</sup> μαλάχης εἶργεσθαι ἐκέλευεν,

12) συγγενικῇ] In Ciz. συγγενῇ. — Πλεονεξία συγγενική  
 est insolentia, qua cognati tractantur; et verba τῇ τῶν  
 ζώων μετοχῇ sic sunt capienda: propter ea, quae anima-  
 lia nobiscum habent communia. — Tum Ciz. ἀδελφότη-  
 τητα. Kiess.

13) πάντως] Ita Kust. cum Arc. In Ciz. πάντας, τι  
 Scaliger coniecit. Male; nam οἱ Πυθαγορικοί fuerunt  
 in Esotericis, qui in omni vita severiorem rationem  
 sequebantur. Kiess.

14) ἡγεμονίαι] In explicatione symboli XXXI. in Pro-  
 treptic. p. 368. cerebrum vocatur ἡγεμονικὸν τοῦ φρονεῖν  
 ὄργανον. Kiess.

15) ἀφωσοῦτο δὲ αὐτὰ] Locutionem ἀφωσοῦσθαι τι  
 Kusterus in Vita Fabricii p. 290. (quem locum repe-  
 tit Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 127. aliis  
 aliorum scriptorum locis additis) interpretatur με: τῶ

animalibus iniunios esse. quomodo enim persuadere ceteris possent, vt iuste agerent, si ipsi deprehenderentur violare cognationem per ea, quae animalia participant: vt-pote quae per vitae eorundemque elementorum communionem et inde ortam contemperationem veluti per fraternitatem quandam nobiscum coniuncta sunt. Caeteris tamen, qui vitam non adeo ad vnguem expurgatam, sacramque et philosophicam agebant, potestatem dedit certa quaedam animalia attingendi; iisque abstinentiam imperavit definito tempore circumscriptam. Hisce praecepit, cor ne roderent: cerebrum ne comederent: nam ab istis omnino Pythagoricos prohibuit: eo quod in iis principium, et veluti scalae quaedam, ac sedes sapiendi viuendique consisterent. Sunt vero et alia quae propter diuinae rationis naturam sancte habebat: hinc est, quod malva absti-

*ligione defungi, animum religione liberare, facere aliquid animi religione soluendi causa. Iamblichi igitur locus sic intelligendus: instituebat haec facere religionis causa propter diuinae rationis naturam. Obrechtus locum ita vertit, quasi pro αὐτὰ legerit καὶ ἄλλα. Kiess.*

- 16) *μαλάχης*] Editio Arcerii nullo sensu habet *μάχης* (ita etiam Ciz. *Kiess.*): pro quo *μαλάχης* nos recte reposuisse nemo dubitabit, qui legerit Iamblichum Nostrum in *Protreptico* symb. XXXVIII. Ibi enim non solum malua secundum Pythagorae praeceptum abstinendum esse docet; sed etiam rationem reddit, quare

(92) ὅτι πρώτη ἄγγελος καὶ σημάντρια συμπαθειῶν οὐρανίων πρὸς ἐπίγεια. καὶ <sup>17)</sup> μελανούρου δὲ ἀπέχεσθαι παρήγγελλε· χθονίων γὰρ ἔστι θεῶν· καὶ <sup>18)</sup> ἐρυθρίνον μὴ προσλαμβάνειν, δι' ἕτερα τοιαῦτα αἰτία. καὶ κνύμων ἀπέχεσθαι· διὰ πόλλας ἱεράς τε καὶ φυσικὰς καὶ εἰς τὴν ψυχὴν ἀνηκούσας αἰτίας. καὶ ἄλλα τοιαῦτα διεθεσμοθέτησε τοῖτοις <sup>19)</sup> ὅμοια, διὰ τῆς τροφῆς ἀρχόμενος εἰς ἀρετὴν ὀδηγεῖν τοὺς ἀνθρώπους.

K E Φ. κέ.

110. Ὑπελάμβανε δὲ καὶ τὴν μουσικὴν μεγάλη συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγίαν, ἂν τις αὐτῇ <sup>1)</sup> χρῆται κατὰ τοὺς προσήκοντας τρόπους. Εἰώθει γὰρ οὐ παρέργως τῇ τοιαύτῃ χρῆσθαι καθάρσει. <sup>2)</sup> τοῦτο γὰρ δὴ καὶ προσηγόρευε τὴν διὰ τῆς μουσικῆς ἰατροίαν. ἤπειτο δὲ περὶ τὴν <sup>3)</sup> ἑαρινὴν ὥραν τῆς τοιαύτης μελωδίας. ἐκά-

herba illa sympathiae, quae inter coelestia et terrena intercedit, index habeatur: nimirum διὲ συντρέπεται τῷ ἡλίῳ, quia soli sese obuertit. Vide etiam Schefferum de Philos. Ital. p. 143. et inprimis Clariss. Iacobum Perizon. ad Aelian. Var. Hist. lib. IV. cap. XVII. vbi de Symbolo illo Pythagoreorum, Μολόχην μεταφύτευε μὲν, μὴ ἔσθιε δέ, pluribus agit. Kust.

<sup>17)</sup> μελανούρου δὲ ἀπ.] Vide Nostrum in *Protreptico*, Symb. V. et Menag. ad Laert. VIII. 19. Kust. Ciz. παρήγγελλε. Kiess.

<sup>18)</sup> ἐρυθρίνον] Alii ἐρυθρίνον vocant: ut et ipse Iamblichus in *Protreptico*, Symb. XXXIII. Kust. Vid. quos citat Passovius in libello scholastico: Ueber

nere voluit; quoniam praecipua naturalis illius sympathiae, quae inter coelestia et terrena intercedit, nuntia est et index. Similem abstinentiam a melanuro praescripsit, quia diis infernalibus sacer est; item ab erythrina, ob alias huius generis causas. Fabarum quoque esum prohibuit propter multas sacras naturalesque rationes; atque alia his similia constituit, per alimenta homines ad virtutem ducere exorsus.

C A P. XXV.

Arbitrabatur vero et Musicam, si quis eam legitimo modo adhibuerit, plurimum ad sanitatem afferre momenti. Solebat enim non perfunctorie usurpare hanc catharsin, siue repurgationem; quo nomine medicinam, quae ope musicae fit, notare solebat. Tractabat autem potissimum circa vernum tempus modulationem huiusmodi. Quendam

Zweck, *Anlage und Ergänzung griechischer Wörterbücher*, p. 88. — Ciz. *προλαμβάνειν*. *Kiess.*

19) ὅμοια] Ciz. cum Argerio ὅμοια καί. *Kiess.*

1) χοῆται] Ciz. *χοῆσθαι*. Idem deinceps *παρέγω* pro *παρέγωγος*. *Kiess.*

2) τοῦτο γὰρ δὴ] In Ciz. *τοῦτο δεῖ*. — *Προσαγορεύειν τινά τι, ὡς καλεῖν τινά τι*. *Kiess.*

3) ἔαρινήν] *Cur περὶ τὴν ἔαρινήν, ἢ περὶ τὴν ἔωθινὴν ὦραν?* Vide cap. XV. — Deinde Ciz. *ἐκαθέζοντο*, et pro *μελωδίῳ*, *μελωδοί*. *Kiess.*



διζε γὰρ ἐν μέσῳ τινὰ λύρας ἐφαπτόμενον,  
 καὶ κύκλῳ ἐκαθίζοντο οἱ μελωδεῖν δυνατοί.  
 καὶ οὕτως ἐκείνου κρούοντος συνῆδον <sup>4)</sup> παιῶ-  
 (93) νὰς τινας, δι' ὧν εὐφραίνεσθαι καὶ ἐμμελεῖς  
 καὶ εὐρυθυμοὶ γίνεσθαι ἐδόκουν. χρῆσθαι δ'  
 αὐτοὺς καὶ κατὰ τὸν ἄλλον χρόνον τῇ μουσι-  
 111 κῇ ἐν ἰατρείας τάξει. Καὶ εἶναι τινὰ <sup>5)</sup> μέλη  
 πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς πεποιημένα πάθη, πρὸς  
 τε ἀθυμίας καὶ δηγμούς, ἃ δὴ βοηθητικώτα-  
 τα ἐπενενόητο. καὶ πάλιν αὐ' ἕτερα πρὸς τε  
 τὰς ὀργάς, καὶ πρὸς τοὺς θυμούς, καὶ πρὸς  
 πᾶσαν παραλλαγὴν τῆς ψυχῆς. εἶναι δὲ καὶ  
 πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἄλλο <sup>6)</sup> γένος μελοποιίας  
 ἐξευρημένον. χρῆσθαι δὲ καὶ ὀρχήσεσιν. ὀρ-  
 γάνῳ δὲ χρῆσθαι λύρα. τοὺς γὰρ αὐλοὺς ὑπε-  
 λάμβανεν ὑβριστικόν τε καὶ πανηγυρικόν καὶ  
 οὐδαμῶς ἐλευθέριον τὸν ἦχον ἔχειν. <sup>7)</sup> χρῆ-  
 σθαι δὲ καὶ Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσιν ἐξει-  
 112 λεγμέναις πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς. Λέγεται  
 δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων <sup>8)</sup> Πυθαγόρας μὲν σπον-

4) παιῶνὰς τινας] Confer Porphyrt. Num. 52. et 55.  
 Kust. Vocabulum ipsum explicat et illustrat Gisb.  
 Cuper. in Obs. lib. I. p. 4. sqq. — In Ciz. vt in  
 ed. Arc. παίονας. Kiess.

5) μέλη πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς — πάθη] Vide Plutarchum  
 de Virtute Morali, pag. mihi 441. Kust. Pro τῆς  
 ψυχῆς in Ciz. exaratum est τοιαύτης ψυχῆς. Kiess.

6) γένος] Ciz. μέλος. Ibidem pro ἐξευρημένον est ἐξεβρη-  
 μένον, et pro χρῆσθαι δὲ, χρῆσθαι ἔχει δὲ. Kiess.

7) χρῆσθαι δὲ καὶ Ὀμήρου — ἐπανόρθ. ψυχῆς] Haec  
 repetuntur infra, Num. 164. Kust. Pro λέξεσιν ἐξει-  
 λεγμέναις Ciz. habet λέξιν ἐξαιλεγμένως. Kiess.

lyra ludentem collocabat in medio, eumque circumsidebant cantandi periti, et prout ille lyram pulsabat, ita circumsidentes concinebant paeanas quosdam, quibus animi oblectari, fierique concinni et bene compositi videbantur. Adhibebant vero etiam alio tempore Musicam medicinae loco: erant enim cantus quidam ad sanandos animi affectus facti, et contra tristitiam pectorisque morsus, velut praesentissima remedia, excogitati; rursusque alii contra iram et animositatem et contra alias huiusmodi animae perturbationes: suppetebat etiam aliud quoddam aduersus cupiditates modulationis inventum. Interdum et saltationes instituebant: pro instrumento vero lyra utebantur, tibias aliquid molle et pompae accommodatum liberisque hominibus indignum resonare putantes. In vsu quoque illis erant Homeri et Hesiodi selecti versus, quibus animos emendabant. Fertur autem etiam inter acta Pythagorae, aliquando eum spon-

- 8) Πυθαγόρας μὲν σπονδειακῶ ποτὲ μ.] Historiam hanc ex Iamblichō Nostro repetit Sopater in Hermogenem, p. 383. Edit. Ald. vbi ait: Καὶ Πυθαγόρας δὲ, ὡς Ἰάμβλιχος φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγορείου αἰρέσεως, μέσῳ νυκτῶν ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος τὸν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι σπεύδοντα διὰ ζηλοτυπίαν, ἐπέσχε τῆς μανίας, παρακλειυσάμενός τῃ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τι καταστηματικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον σπονδεῖον, (malim, σπονδειακόν, vt hic apud Iambli-

δειακῶ ποτὲ μέλει διὰ τοῦ αὐλητοῦ κατασβέ-  
 (94)σαι τοῦ Ταυρομενίτου μειρακίου μεθύοντος  
 τὴν λύσαν, νύκτωρ ἐπικωμάζοντος τῇ ἐρω-  
 μένῃ παρὰ τοῦ ἀντεραστοῦ καὶ τὸν πυλῶνα  
 ἐμπιπρᾶναι μέλλοντος. ἐξήπτετο γὰρ καὶ ἀνε-  
 ζωπυρεῖτο ὑπὸ τοῦ Φρυγίου αὐλήματος· ὃ δὴ  
 κατέπαυσε τάχιστα ὁ Πυθαγόρας· ἐτύγχανε δὲ  
 αὐτὸς ἀστρονομούμενος 9) ἀωρί· καὶ τὴν εἰς  
 τὸ σπονδειακὸν μεταβολὴν ὑπέθετο τῷ αὐλη-  
 τῇ, δι' ἧς ἀμελλητὶ κατασταλὲν κοσμίως οἰ-  
 καδε ἀπηλλάγη τὸ μειράκιον, πρὸ βραχέως  
 μηδ' ἐφ' ὅσον οὖν 10) ἀνασχόμενον, μηδ' ἀπλῶς  
 ὑπομεῖναν νουθεσίας ἐπιβολὴν παρ' αὐτοῦ,  
 πρὸς δὲ καὶ 11) ἐμπλήκτως ἀποσκοράκισαν τὴν  
 113 τοῦ Πυθαγόρου συντυχίαν. Ἐμπεδοκλῆς δέ,

chum.) Eandem historiam tangit etiam Quintilianus  
*Instit. Orator. lib. I. cap. 10. p. m. 52. Nam et Py-  
 thagoram accepimus, concitatos ad vim pudicæ domui  
 afferendam iuvenes, iussa mutare in spondeum modos  
 tibicina, composuisse. Alii historiam hanc ad Damo-  
 nem Musicum referunt, ut Galenus lib. IX. περὶ τῶν  
 καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων, cap. 5. et Mar-  
 tianus Capella de Nuptiis Philol. lib. IX. Kust. Pro  
 σπονδειακῶ Ciz. legit σπονδειακῶ, et paulo post σπον-  
 διακόν. Tum pro καὶ τὸν πυλῶνα ἐμπιπρᾶναι, ita:  
 πυλῶνι ἐπιπρᾶναι, sine καὶ, ut editio Arcerii. Videtur  
 autem omnis locus sic constituendus esse: νύκτωρ ἐπι-  
 κωμάζοντος τῇ ἐρωμένῃ, καὶ περὶ τοῦ ἀντεραστοῦ τὸν πυ-  
 λῶνα etc. pro: — τῇ ἐρωμένῃ παρὰ τοῦ ἀντεραστοῦ καὶ  
 τὸν πυλῶνα, etc. Neque enim apparet, si verba παρὰ  
 τοῦ ἀντεραστοῦ cum Kustero explicantur a domo rivalis  
 veniens, quo modo hanc omnem rem gestam esse sus-  
 picemur. At omnia bene cohaerent, si locus illo  
 modo, quem indicaui, constituitur. Nimirum iuuenis  
 cum tibicine noctu ad puellae amatae aedes accedit*

daico tibicinis cantu rabiem extinxisse Tauromenitae adolescentis ebrii, qui noctu commissabundus ad amicam irruere, vestibuloque aedium propter corriualem, qui intus erat, iam parabat ignem subiicere: Phrygio quippe cantu ad hoc accendebatur et quasi flabello quodam magis magisque inardescibat. Sed Pythagoras, intempesta nocte tūm forte Astronomiae vacans, inhibito cantu illo, tibicinem monuit, vt spondaicum inflaret: quo adolescens sine mora sibi redditus, modeste domum rediit: quum paulo ante ne tantillum quidem se contineret; imo prorsus nullam castigationem admitteret, et Pythagoram insuper sibi occurrentem in malam rem stolide amandaret. Empedocles

comissabundus; sed propter riualem in domo deprehensum et exclusus, opinor, vestibulo ignem subiicere parabat. — Ad locum Quintiliani a Kustero citatum vid. Spalding. Tom. I. p. 227. Formula ἐπινομάζειν τιγί, occurrit in Alciphron. I, 39. *Kiess.*

9) ἀωρί] Ita, Arc. et Kust. In Ciz. ἀωρία, quod et ipsum bonum. Alciphron III. ep. 46. T. II. p. 147. ed. Wagn. ἦν γὰρ ἀωρία νυκτὸς μεσοῦσης. Latini dicunt *intempesta nocte*, vt Virg. Georg. I, 247. — Paulo post Ciz. ἀμελῆ κατασταλός, ἀπηλόγη, προβραχέως. *Kiess.*

10) ἀνασχομένον] Reuocauit ex MS. πρὸ δ καὶ κρεῖττον, quod prior Edit. nullo sensu habet. *Kust.* Antea Ciz. μὴ ἐφοσοῦν. *Kiess.*

11) ἐμπλήκτως ἀποσκορακίσαν] Sic recte MS. At prior Edit. corrupte, ἐμπλήκτιον ἐπισκορακίσαν. *Kust.* De verbo ἀποσκορακίζειν, ad coruos amandare, vidē Bergler. et Wagner. ad Alciphron. Tom. I. p. 233. sq. *Kiess.*

σπαδαμένον τὸ ξίφος ἤδη νεανίου τινὸς ἐπὶ τὸν αὐτοῦ ξενοδόχον <sup>12)</sup> Ἄγχιτον, ἐπεὶ δικάσας δημοσίᾳ τὸν τοῦ νεανίου πατέρα ἐθανάτωσε, καὶ αἰζαντος, ὡς εἶχε συγχύσεως καὶ θυμοῦ, ξιφήρους παῖδας τὸν τοῦ πατρὸς καταδικαστήν, ὠσανεὶ φονέα, Ἄγχιτον, <sup>13)</sup> μεθαρμοσάμενος εὐθύς ἀνεκρούσατο τὸ

<sup>12)</sup> Νηπενθές τ', ἀχολόν τε, κακῶν ἐπιλήθει  
πάντων,

(95) κατὰ τὸν ποιητὴν καὶ τὸν τε ἑαυτοῦ ξενοδόχον Ἄγχιτον θανάτου ἐρῶνδατο καὶ τὸν νεανίαν ἀνδραφονίας. ἱστορεῖται δ' οὗτος τῶν Ἐμπεδοκλέους γνωρίμων ὁ δοκιμώτατος <sup>15)</sup> ἔκτιστε γενέσθαι. Ἐπι τοίνυν σύμπαν τὸ Πυθαγορικὸν διδασκαλεῖον <sup>16)</sup> τὴν λεγομένην ἐξάρτυσιν καὶ συναρμογὰν καὶ ἐπαφὰν ἐποιεῖτο μέλει τισὶν ἐπιτηδείοις εἰς τὰ ἐναντία πάθη περιίγον χρησίμως τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. <sup>17)</sup> ἐπι τε γὰρ εὐνὰς τρεπόμενοι πῶν μεθ' ἡμέραν

<sup>12)</sup> Ἄγχιτον] Ciz. ἄγγειτον, idem tamen paulo post ἄγγιτων. Pro ἐπεὶ δικάσας, ἐπιδικάσας, et pro παῖσαι, παῖσι. Kiess.

<sup>13)</sup> μεθαρμοσάμενος] Hic locus longe plenius in Ciz. ita legitur: μεθαρμοσάμενος, ὡς εἶχε, τὴν λύραν, καὶ περιπαντικόν τι. (Reinesius in margine: καταπανοτικὸν π. Καταστηματοικὸν appellat Hermogenes περὶ ἰδεῶν.) καὶ κατασταλτικὸν μεταχειρισάμενος, εὐθύς ἀνεκρούσατο τὸ. Kiess.

<sup>14)</sup> Νηπενθές τ', ἀχολόν] Est versus notissimus Homeri, Odys. δ, 221. Kust. In Ciz. ἐπιλήθει. Kiess.

<sup>15)</sup> ἔκτιστε] Ita recte Ciz. cum Arc. In Kust. edit. ἐκ τότε. Kiess.

vero, quum iuuenis quidam iam stricto gladio in hospitem suum Anchitum, qui iudex publice lectus patrem eius ad mortem condemnauerat, irrueret, et ira doloreque perturbatus condemnatorem patris sui, tanquam homicidam, obtruncare vellet; mutatis modulis, confestim exorsus est illud poetae:

*Nepenthes, sine felle, malis medicinaque cunctis.*

Atque ita hospitem suum Anchitum, ne necaretur, et iuuenem, ne caedem admitteret, praeseruauit: qui exinde inter genuinos Empedoclis discipulos, atque is quidem omnium clarissimus fuisse traditur. Praeterea tota Pythagorae schola illam quam vocabant *exartysin*, i. e. adaptationem, et *synarmogan*, i. e. concinnitatem, et *epaphan*, i. e. attactum, idoneis quibusdam carminibus efficiebat, animique habitudinem in contrarios affectus utiliter traducebat. Nam cubitum ituri per odas quasdam et peculiâres cantus mentes

16) τὴν λεγομένην ἐξάρτυσιν καὶ συναρμ.] Eadem traduntur supra, Num. 64. et 65. *Kust. Ciz. ἐξάρτυσιν. Kiess.*

17) ἐπὶ τε γὰρ εὐνῶς τρεπ.] Idem testatur Quintil. lib. IX. cap. 4. p. m. 430. (Tom. III. p. 529. ed. Spalding.) *Pythagoricis moris fuit, cum somnum peterent, ad lyram prius lenire mentes, ut, si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Et Boëthius lib. 1. de Musica, cap. 1. Pythagorici, cum diurnas in somno resolverent curas, quibusdam cantilenis utebantur, ut eis lenis et quietus sopor obreperet. Kust.*

18) *ταραχῶν καὶ περιηγημάτων ἐξεκάθαιρον τὰς διανοίας ὡδαῖς τισὶ καὶ μελῶν ἰδιώμασι, καὶ ἠσυχούς παρεσκεύαζον ἑαυτοῖς ἐκ τούτου καὶ ὀλιγονείρους τε καὶ εὐονείρους τοὺς ὕπνου· ἐξανιστάμενοί τε τῆς* 19) *κοιτνωχελίας πάλιν* (96) *καὶ κάρου δι' ἄλλοτρόπων ἀπηλλάσσοντο ἁσμάτων.* 20) *ἔστι δὲ καὶ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ὅπου τε καὶ πάθη καὶ νοσήματά τινα* 21) *ἀφυγίαζον, ὡς φασιν, ἐπάθοντες ὡς ἀληθῶς. καὶ εἰκὸς ἐντεῦθεν* 22) *ποθεν τοῦνομα τοῦτο εἰς μέσον παρεληλυθέναι τὸ τῆς Ἐπιωδῆς.*

18) *ταραχῶν]* Id est, secundum Quintilianum loco laudato, *turbidiorum cogitationum.* Pro *περιηγημάτων* autem Noster supra, Num. 65. habet, *ἐνηχημάτων*: vbi vide, quae notauimus. *Kust.* Pro *ἐξεκάθαιρον* Ciz. cum Arc. *ἐξεκάθηρον.* *Kiess.*

19) *κοιτνωχελίας]* Ex MS. reposui, pro *κοιτωφελίας*, quod in Edit. Arcerii legitur. Est autem *κοιτνωχελία*, torpor, quem lectus siue somnus hominibus affert. Caeterum totum hunc locum ad verum sensum reformavi et distinxi, qui in priorē Edit. sic legitur: *ἐξανιστάμενοί τε ἐκ τῆς κοιτωφελίας πάλιν, καὶ κάρου δι' ἄλλοτρόπων ἀπηλλάσσον ἁσμάτων*: quae vitiosa huius loci lectio decepit eruditissimum Schefferum *de Philos. Ital.* cap. XIV. p. 159. Vertit enim cum Arcerio: *Mane surgentes ex somno communem utilitatem afferente*, etc. Videndum autem, annon pro *κοιτνωχελίας*, quae est vox insolens, et mihi, vt verum fatear, suspecta, scribendum forte sit, *καὶ τῆς νοχελίας*, vt legitur supra, Num. 65. *Kust.* Vnice vera est lectio codicis Ciz., *κοίτης νοχελίας*. Idem tamen cum Arc. *κάρου*, quod Reinesius correxit, et deinceps *ἀπηλάσσον.* *Kiess.*

20) *ἔστι δὲ καὶ ὅτε ἄνευ λέξεως μελισμάτων ὅπου τ.]* In hoc loco quaedam mihi minime placent. Quid

repurgabant. a diurnis perturbationibus et illo, qui adhuc in auribus tinniebat, strepitu; sicque tranquillam, et vel paucis vel bonis somniis comitatam quietem sibi conciliabant: surgentes autem alterius moduli cantibus a lecti torpore soporisque grauedine sese liberabant. Est vero, vbi aliquando absque carminum pronuntiatione affectus et morbos persanauerint, vere, vt aiebant, incantantes: indeque et probabile est, *epodes*, i. e. incantationis, nomen vsu venisse.

enim est illud, *ἀνευ λέξεως μελισμάτων?* Nam cantica non dicuntur, sed canuntur. Poterat sane Iamblichus, ommissa voce *λέξεως*, absque villo sensus dispendio dicere, *ἀνευ μελισμάτων*. Deinde, quid sibi vult illud, *ὄπον τε*; in quo mendum aliquod latere videtur. Et denique, quomodo Pythagorei dici potuerunt *ἐπάθειν*, si nullo omnino carmine vel cantico vsi fuerunt; aut quomodo inde nomen *ἐπῶδης* originem suam traxisse potuit? Haec sane non cohaerent. *Kust.* Koenius ad Gregor. p. 255. ed. Schaef. legendum censet: *ἔστι δὲ καὶ ὅτε ἀνευ λέξεως μελισμάτων πόνους τε καὶ πάθη καὶ νοσήματα τινα ἀφυγίαζον*. Parum commode Koenius intulit *πόνους*, quum iam commemorata sint *πάθη*. Eundem etiam miror non offensum fuisse verbis *ἀνευ λέξεως μελισμάτων*. Ceterum e sect. 65. nihil hauriri potest, quod ad huius loci lectionem constituendam magnopere valeat. Res autem ipsa docet, sic fere legendum esse: *ἔστι δὲ καὶ ὅτε ἀνευ μελισμάτων ψιλλῇ λέξει*, vel, *διὰ ψιλλῆς λέξεως*, κ. τ. λ. *Kiess.*

21) *ἀφυγίαζον*] Est compositum ex *ἀπό* et *ὕγιαζον*, sanum reddo: quam vocem, licet Lexicis vulgatis ignotam, caue tamen vt corruptam damnes. Nam et supra Num. 64. Noster vititur voce *ἀφυγιασμός*. *Kiess.*

22) *πάθειν — μέσον*] Ciz. *πάθειν τοῦνομα τοῦ εἰς τὸ μέσον*. *Kiess.*



οὕτω μὲν οὖν πολυωφελεστάτην κατεστήσατο  
Πυθαγόρας τὴν διὰ τῆς μουσικῆς τῶν ἀνθρω-  
πίνων ἡδῶν τε καὶ βίων ἐπανόρθωσιν.

K E Φ. κς'.

115 Ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα γεγόναμεν ἀφηγούμενοι  
τὴν Πυθαγόρου παιδευτικὴν σοφίαν, οὐ χεῖ-  
ρον καὶ τὸ τούτου παρακείμενον ἐφεξῆς εἰπεῖν,  
ὅπως ἐξεῦρε τὴν ἀρμονικὴν ἐπιστήμην καὶ τοὺς  
ἀρμονικοὺς λόγους. ἀρξώμεθα δὲ μικρὸν ἀνω-  
θεν. <sup>1)</sup> Ἐν φροντίδι ποτὲ καὶ διαλογισμῶ συν-  
τεταμένῳ ὑπάρχων, εἰ ἄρα δύναίτο τῇ ἀκοῇ  
(97) καὶ ἀπαραλόγιστον, <sup>2)</sup> οἶαν ἢ μὲν ὄψις διὰ  
τοῦ διαβήτου καὶ διὰ τοῦ κανόνος, ἢ νῆ Δία  
διὰ διόπτρας ἔχει, ἢ δ' ἀφῆ διὰ τοῦ ζυγοῦ,  
ἢ διὰ τῆς τῶν μέτρων ἐπινοίας. <sup>3)</sup> παρὰ τι χαλ-  
κοτυπεῖον περιπατῶν, ἔκ τινος δαιμονίου συν-  
τυχίας ἐπήκουσε ραισθήρων σίδηρον ἐπ' ἄκμονι

1) Ἐν φροντίδι ποτὲ καὶ διαλογισμῶ συντ.] Totus hic locus vsque ad finem capitis αὐτολεξεί etiam legitur apud Nicomachum Gerasenum in *Enchiridio Harmonices*, pag. 10. et seqq. Edit. Meibom. vnde cum Iamblichus descripsit. *Kust.*

2) οἶαν] In Ciz. οἶον. Deinceps νῆ Δία, ἔχειν, ἀφῆ. *Kiess.*

3) παρὰ τι χαλκοτυπεῖον περιπ.] Eandem de Pythagoræ historiam refert Iamblichus noster in *Nicomachi Arithmet. Introd.* p. 171. 172. itemque Gaudentius ἐν *Εἰσαγωγῇ Ἀρμον.* p. 13. et seq. Edit. Meibom. Macrobian. lib. II. cap. 1. in *somn. Scip.* et Boethius lib. I. *de Musica*, cap. 10. et 11. cuius verba hæc sunt: Cum

Atque hoc modo Pythagoras vtilissimam humanae vitae morumque emendationem musicae beneficio effecit.

## C A P. XXVI.

Quoniam vero hactenus progressi sumus in enarranda sapientia, qua Pythagoras in aliis docendis vsus est, non alienum fuerit, etiam id quod hinc propius abest, commemorare: quo pacto scientiam harmonicam eiusque rationes inuenerit: idque repetemus paullo altius. Meditabatur aliquando et intentiore cogitatione voluebat, annon auditui firmitum et falli nescium adiumentum instrumento quopiam afferre posset; sicut visum circinus iuuat, et regula, vel certe perspicillum; tactum trutina et mensurarum inuentio: atque prope fabri ferrarii officinam ambulans casu quodam diuino audiuit malleos super incude ferrum emollientes,

*interea diuino quodam motu (Pythagoras) praeteriens  
fabrorum officinas pulsos malleos exaudiuit ex diuersis  
sonis vnā quodammodo concinentiam personare. Ita  
igitur ad id, quod diu inquirebat, attonitus accessit ad  
opus: diuque considerans arbitratus est diuersitatem so-  
norum ferientium vires efficere. Atque ut id apertius  
colliqueret, mutari inter se malleos imperauit: et quae  
sequuntur. Nam totum locum adducere, superuacua-  
neum putamus. Kust. In Arc. edit. est χαλκοτύπειον,  
in cod. Ciz. χαλκοτύπιον. Idem deinceps cum Par. e  
marg. Spanh. σιδήρων. Kiess.*

ῥαιόντων, καὶ 4) τοὺς ἤχους παραμιξὲς πρὸς ἀλλήλους ἀποδιδόντων, πλὴν μιᾶς συζυγίας. ἐπεγίνωσκε δ' ἐν αὐτοῖς τὴν τε διὰ πασῶν, τὴν τε διὰ πέντε, καὶ τὴν διὰ τεσσάρων συνῳδιαν. 5) τὴν δὲ μεταξύτητα τῆς τε διὰ τεσσάρων καὶ τῆς διὰ πέντε ἀσύμφωνον μὲν ἑώρα αὐτὴν καθ' ἑαυτήν, συμπληρωτικὴν δὲ ἄλλως τῆς ἐν αὐ-  
 116 ταῖς μείζονότητος. Ἄσμενος δὴ, ὡς 6) κατὰ θεὸν ἀννομένης αὐτῷ τῆς προθέσεως, εἰσέδρα-  
 μεν εἰς τὸ χαλκεῖον, καὶ ποικίλαις πείραις 7) παρὰ τῶν ἐν τοῖς ῥαιστήρσιν ὄγκων εὐρῶν τὴν διαφορὰν τοῦ ἤχου, ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν τῶν ῥαιόντων βίαν, οὔτε παρὰ τὰ σχήματα τῶν σφυρῶν, οὐδὲ παρὰ τὴν τοῦ ἐλαυνομένου σιδήρου μετά-  
 (98) θεσιν σηκώματα ἀκριβῶς ἐκλαβὼν καὶ ῥοπὰς ἰσαιτάτας τῶν ῥαιστήρων, πρὸς ἑαυτὸν ἀπηλλάγη, καὶ ἀπὸ τίνος ἐνὸς πασάλλου 8) διαγωνίου ἐμπεπηγότες τοῖς τοίχοις, ἵνα μὴ κακὸν τούτου

4) τοὺς ἤχους κ. τ. λ.] Verba, τοὺς ἤχους παραμιξὲς πρὸς ἀλλήλους ἀποδιδόναι, hanc vim habent: *sonos edere, qui congruam quandam inter se rationem habent.* Συζυγία autem non significat, vt vertit Obrechtus, sed *par malleorum, qui vna impulsī sonos edunt.* Stephanus in Thesaurō I. p. 1397. explicat: *coniunctio et copulatio, qua bina et bina comparantur et copulantur: i. q. σύζευξις et συνδυασμός.* Boëthius l. c. dicit, *quinque fuisse malleos; quintum vero esse reiectum, qui cunctis esset incognoscens.* Cum quocunque igitur reliquorum malleorum malleus quintus vna impelleretur, incongruum sonum edebat. — Aduerbiū παραμιξὲς Lexicis est addendum. In Ciz. συνῳδιαν. Kiess.

5) τὴν δὲ μεταξύτητα τῆς τε διὰ τεσσ.] Locum hunc ante mutilum ex MS. supplēui. In priore enim Edit.

sonosque congruos inter se reddentes, vna tantum copulatione excepta. Agnoscebat enim in illis concentum dia pason, itemque illum dia pente, et dia tessaron: illum vero qui inter dia tessaron et dia pente medius est, vidit inter se quidem symphoniae expertem esse, supplere autem, quod in illis exuberat. Laetus itaque, quod propositum sibi non sine diuina ope succederet, in officinam se coniecit, et variis experimentis cognoscit, soni diuersitatem nasci ex malleorum magnitudine, non vero e cudentium viribus, neque ex figuris malleorum, aut ex ferri quod cudebatur conuersione. Postquam igitur libramentum et malleorum pondera maxime aequalia accurate explorasset, domum rediit, vnicumque paxillum parietibus ab angulo ad angulum infixit; ne, si

desunt verba haec, τῆς τε διὰ τεσσάρων, καὶ τῆς διὰ πέντε ἀσύμφωνον μὲν ἔώρα αὐτήν. Caeterum pro μειζονότητος apud Nicomachum rectius legitur μείζονος. Subintelligitur enim ex praecedentibus συναφίας. *Kust.*

6) κατὰ θεῶν] Ciz. κατὰ τῶν. *Kiess.*

7) παρὰ τῶν — ὄγκων] Quum παρὰ in sequentibus cum accusatiuo coniungatur, quae ratio Grammaticis in etymis indicandis vsitata est, etiam hic malim, παρὰ τῶν — ὄγκων. — Paulo post Ciz. cum Arc. ἰσοιότητος, idque reposui pro ἰσοιότητος, quod *Kust.* habet, quanquam idem paulo inferius ἰσοιότητα. *Kiess.*

8) διαγωνίου] Sic et paulo inferius, Num. 118. In priore vero Edit. male legebatur διαγωνίας. *Kust.* Etiam Ciz. διαγωνίας. *Kiess.*

διαφορά τις ὑποφαίνεται, ἢ ὅλως 9) ὑπονοῖται πασῶν ἰδιαζόντων παραλλαγῆ, 10) ἀπαρτήσας τέσσαρας χορδὰς 11) ὁμοῦλους, καὶ 12) ἰσοκώλους, 13) ἰσοπαχεῖς τε καὶ ἰσοστρόφους, ἐκαστην 14) ἐφ' ἐκάστης ἐξήρτησεν, ὀκτὴν προσδήσας ἐκ τοῦ κάτωθεν μέρους· τὰ δὲ μήκη τῶν χορδῶν μηχανησόμενος ἐκ παντὸς ἰσαίτατα.

117 Εἶτα κρούων ἀνὰ δύο ἅμα χορδὰς 15) ἐναλλὰξ, συμφωνίας εὔρισκε τὰς προλεχθεῖσας, ἄλλην ἐν ἄλλῃ 16) συζυγία. τὴν μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ μεγίστου ἐξαρτήματος τεινομένην πρὸς τὴν ὑπὸ τοῦ μικροτάτου, διὰ πασῶν φθεγγομένην κατελάμβανεν. ἦν δὲ ἡ μὲν δώδεκα τινῶν ὀκτῶν, ἡ δὲ ἕξ 17) ἐν διπλασίῳ δὲ λόγῳ ἀπέφαινε τὴν διὰ πασῶν ὅπερ καὶ αὐτὰ τὰ βάρη ὑπέφαινε. τὴν δ' αὖ μεγίστην πρὸς τὴν παρὰ τὴν 18) μικροτάτην, οὐσαν ὀκτῶ ὀκτῶν, διὰ πέντε

9) ὑπονοῖται] Ciz. ὑπονοῖσαι. Idem mox cum Arc. παραλλαγῆ. Kiess.

10) ἀπαρτήσας] Prior Edit. corrupte ἀπάρσι: at MS. ἀπαρτίσας; pro quo apud Nicomachum rectius legitur ἀπαρτήσας, i. e. appendens. Kust.

11) ὁμοῦλους] Prior Edit. ὁμόλους: at codex MS. ὁμοῦλους (Ciz. ὁμούλους. Kiess.): pro quo per diaeresin ὁμοῦλος (vt recte est apud Nicomachum) scribendum esse quis non videt? Kust.

12) ἰσοκώλους] Ciz. ἰσοκόλους. Kiess.

13) ἰσοπαχεῖς] Sic legendum esse, recte vidit Obrechtus. In codice MS. erat, ἰσοπλαγίς: at in Edit. Arc. ἰσοπαλεῖς: vtrumque vitiose. Kust. Etiam in Ciz. est ἰσοπαλεῖς. Scaliger primus correxit ἰσοπαχεῖς. Litterae λ et χ saepius permutatae sunt. Kiess.

plures essent, aliqua se inde exsereret diversitas, aut paxillorum, qui propriam quisque naturam haberent, varietas suspecta fieret: dein ab hoc paxillo quatuor chordas eiusdem materiae, et magnitudinis crassitieque, et aequaliter contortas, ex ordine suspendit, singulisque singula pondera ab infima parte alligavit, fidiumque longitudinem omnimodo exaequavit. Tum binas simul chordas alternatim pulsans dictam consonantiam inuenit, aliam in alia coniunctione. Nam illam, quae maximo pondere tendebatur, cum ea, quae minimum habebat pondus, simul pulsam dia pason resonare deprehendit. Erat autem altera harum ponderum duodecim, altera vero sex: adeoque ratione dupli efficiebatur concentus dia pason dictus, ut vel ipsa pondera indicabant. Porro maximam illam ad minimae proximam, octo pondera habentem, dia pente

14) ἐφ' ἐκάστης] Ciz. ut Arc. ἀφ' ἐκάστης. Idem Ciz. paulo post αὐτοῦ pro ἐκ τοῦ. *Kiess.*

15) ἐναλλάξ] Ita Kust. et Arc. At Ciz. et Par. e marg. Spanh. ἐπαλλάξ, quod idem est. *Kiess.*

16) συζυγία] Ita aperte Ciz., quod et Nicomachus habet, et pro συντυχία, quae est lectio editionum Arc. et Kust., reponendum esse viderat Kusterus. Idem Ciz. ἐν ἄλλους pro ἐν ἄλλῃ. *Kiess.*

17) ἐν διπλασίῳ δὲ] In Ciz. et Par. e marg. Spanh. ἐν διπλασίῳ δὲ. *Kiess.*

18) μικροτάτην] Sic MS. At prior Edit. μακροτάτην: quod sensus repudiat. *Μικροτάτην* enim Iamblichus

συμφωνοῦσαν· 19) ἔνθεν ταύτην ἀπέφαινεν 20) ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ, ἐν ᾧπερ καὶ αἱ ὄλκαι ὑπῆρχον πρὸς ἀλλήλας. πρὸς δὲ τὴν 21) μετ' αὐτὴν μὲν τῷ βάρει, τῶν δὲ λοιπῶν μείζονα, ἐννέα σταθμῶν ὑπάρχουσιν, τὴν διὰ τεσσάρων, ἀναλόγως τοῖς βριθέσι· καὶ 22) ταύτην δὲ ἐπίτριτον ἀντικρὺς κατελαμβάνετο, ἡμιολίαν τὴν αὐτὴν 118 φύσει ὑπάρχουσιν τῆς μικροτάτης. Τὸ γὰρ ἐννέα πρὸς τὰ ἕξ 23) οὕτως ἔχει, ὅνπερ τρόπον ἢ παρὰ τὴν μικρὰν ἢ ὀκτώ· πρὸς μὲν τὴν τὰ

hic appellat chordam eam, cui minimum pondus apprehensum erat: vti contra *μεγίστην* eam, cui maximum. Vide omnino Macrobiū et Boëthium locis ante laudatis, qui ad totum hunc locum clarius intelligendam multum conferent. *Kust.* Ciz. πρὸς τὰ παρὰ τ. Ratio haec est,  $12 : 6 = 2 =$  ἐν διπλασίῳ λόγῳ. *Kiess.*

19) ἔνθεν] Ita *Kust.* In Ciz. et Arc. ἔνθα. *Kiess.*

20) ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ] Id est, ea proportione, quam habent e. g. duodecim ad octo. *Kust.* Ratio haec est,  $12 : 8 = 1\frac{1}{2} =$  ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ. — Πρὸς ἀλλήλας Ciz. ἀλλήλους. *Kiess.*

21) μετ' αὐτὴν] Ciz. vt Arc. μετ' αὐτὴν. Idem Ciz. pro μὲν τῷ βάρει habet μετὰ τῷ βάρει, et deinceps βριθέσι. *Kiess.*

22) ταύτην δὲ ἐπίτριτον] Dicere Iamblichus voluit, vel debuit, ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ. Nam falsum est, nouem esse ἐπίτριτον τῶν δώδεκα: quum contra plane se res habeat. Recte autem dixeris, nouem ad duodecim esse ἐν λόγῳ ἐπιτρίτῳ, siue proportione sesquitertia: quoniam duodecim continet nouem, et praeterea tertiam eius numeri partem. Totius ergo loci huius sensus hic est: chordam nouem ponderum habuisse λόγον ἐπίτριτον, siue proportionem sesquiterciam ad chordam duodecim ponderum; ad chordam vero minimam siue sex ponderum λόγον ἡμιόλιον, siue sesquialteram.

consonare obseruauit; adeoque iudicauit, eas habere hemioliū inter se rātionem, in qua et pondera illa erant erga se inuicem: ad eam autem, quae pondere proxima, reliquisque maior, nouem habebat libras appensas, ex proportione ponderum dia tessaron efficere: hanc autem epitriton manifeste uidebat esse ad minimam; cum qua in proportione hemioliū natura sua consistebat. Nam nouem ad sex ita se habent, quemadmodum minimae proxima octo ponderum se habet

Hoc lectorem monere uolui, quia Illustrē Obrechtum a uero loci huius sensu aberrasse uidebam. *Kust.* Breuius locutus est Iamblichus, ita ut, quum dicere deberet, *chorda duodecim ponderum ad chordam nouem ponderum est ἐν ἐπιτρίτω λόγῳ*, oratione contracta potius sic diceret: *chorda 12 ponderum est chordae 9 ponderum ἐπιτρίτος*. Eodem modo in sequentibus cap. XXVII. not. 35. *Kiess.*

25) οὕτως ἔχει, ὄνπερ τρόπον ἢ παρὰ τὴν μικρ.] Locum hunc sic lego et distinguo: οὕτως ἔχει. καθ' ὃν τρόπον ἢ παρὰ τὴν μικρὰν, ἢ ὀκτώ, πρὸς μὲν τὴν, etc. Nam nouem ad sex ita se habent. Pari ratione minimae proxima, etc. *Kust.* Verum hic uidit Loganus locum sic corrigens: τὰ γὰρ ἐννέα πρὸς τὰ ἕξ οὕτως ἔχει, ὄνπερ τρόπον ἢ μεγίστη, ἢ δώδεκα, ἔχει πρὸς τὴν παρὰ τὴν μικρὰν, ἢ ὀκτώ. ἢ δὲ ὀκτώ etc. Pro ultimis ἢ δὲ ὀκτώ malim, τὰ δὲ ὀκτώ. Numerorum dictorum rationes sunt hae,  $9 : 6 = 12 : 8 = 1\frac{1}{2} = \text{ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ}$ . Porro,  $8 : 6 = 1\frac{1}{3} = \text{ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ}$ .  $12 : 8 = 1\frac{1}{2} = \text{ἐν ἡμιολίῳ λόγῳ}$ . denique  $9 : 8 = 1\frac{1}{8} = \text{ἐν ἐπογδόῳ λόγῳ}$ . In codice Ciz. uerba οὕτως ἔχει usque ad τὴν τὰ ἕξ desunt. Ibidem paulo post, ut in edit. Arc., ante διὰ τεσσάρων deest τῆς: iidemque consentiunt in οὗ ὑπερέχει. *Kiess.*



ἕξ ἔχουσάν ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ ἦν, προς δὲ τὴν τὰ δώδεκα ἐν ἡμιολίῳ. το ἄρα μεταξύ τῆς διὰ (100) πέντε καὶ τῆς διὰ τεσσάρων, ᾧ ὑπερέχει ἢ διὰ πέντε τῆς διὰ τεσσάρων <sup>24)</sup> ἐβεβαιοῦτο ἐν ἐπογδόῳ λόγῳ ὑπάρχειν, ἐν ᾧπερ τὰ ἐννέα πρὸς τὰ ὀκτῶ· ἐκατέρως τε ἢ διὰ πασῶν <sup>25)</sup> σύστημα ἠλέγχετο, ἦτοι ἢ διὰ τεσσάρων, καὶ ἢ διὰ πέντε ἐν συναφῇ· ὡς ὁ διπλάσιος λόγος ἡμιολίου τε καὶ ἐπιτρίτου, οἷον δώδεκα, ὀκτῶ, ἕξ· ἢ ἀναστρόφως, τῆς διὰ τεσσάρων καὶ τῆς διὰ πέντε, ὡς τὸ διπλάσιον ἐπιτρίτου τε καὶ ἡμιολίου, οἷον δώδεκα, ἐννέα, ἕξ, ἐν τάξει τοιαύτῃ <sup>26)</sup> διὰ πασῶν, τὴν γλῶσσαν δὲ καὶ τὴν χεῖρα καὶ τὴν ἀκοὴν πρὸς τὰ <sup>27)</sup> ἐξαρτήματα, καὶ βεβαιώσας πρὸς αὐτὰ τὸν τῶν σχέσεων λόγον, μετέθηκεν

24) ἐβεβαιοῦτο ἐν ἐπογδόῳ λόγῳ] Antea pessime legabatur, ἐκβεβαιοῦτο ἐν ἐπιγνόῳ λόγῳ. *Kust.*

25) σύστημα] In Ciz. συστήματα. Particulam ἦτοι post ἠλέγχετο delet Scaliger: perperam. Tum Ciz. bene pro καὶ διὰ πέντε habet, καὶ ἢ διὰ πέντε: quod reposui. *Kiess.*

26) διὰ πασῶν, τὴν γλῶσσαν δὲ καὶ τ.] Locus hic procul dubio corruptus est, in quo emendando me frustra, fateor, torsi. Quare tentet alius, me felicior. Non enim omnes omnia possumus. Obrechtus vero pro διὰ πασῶν legisse videtur διαπλάσων, ut versio eius fidem facit. At vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani scribendum suspicabatur, διατάσων. Sed neutra coniectura mihi satisfacit. In MS. pro τὴν γλῶσσαν scriptum erat τυλώσας: corrupte utique et nullo sensu. Apud Nicomachum locus hic ita legitur et distinguitur: ἐν τάξει τοιαύτῃ. τυλώσας καὶ τὴν χεῖρα, etc. *Kust.* Loganus p. 99. „Ego nihil obscuri sentio, praesertim si τῆς διὰ πασῶν legatur; est enim τάξ

ad illam quidem, quae sex ponderum erat, in epitriti; ad illam vero, quae duodecim, in hemioli ratione. Quod igitur medium est inter dia pente et dia tessaron, quo dia pente dia tessaron excedit, confirmabatur esse in epogdoi, i. e. in qua nouem ad octo, proportione: et ytrinque probabatur, centum dia pason esse contextum quendam, iunctis siue dia pente et dia tessaron, quemadmodum ratio dupli composita est ex ratione hemioli et epitriti, vt duodecim, octo, sex: siue vice versa dia tessaron et dia pente, vt ratio dupli ex ratione epitriti et hemioli; exempli gratia, duodecim, nouem, sex. Hac ratione atque via quum et manum et auditum ad pondera appensa conformasset, atque secundum ea rationem proportionum stabiliuisset, facili

„ἀφ' ἑξ πρὸς δώδεκα vera Dia-pason: item ἀφ' ἑξ πρὸς ἑννέα, ἡμιόλιον· ἀπ' ἑννέα πρὸς δώδεκα, ἐπίτριτον, quorum iam meminerat, et integra est τοιαύτη τάξις.“ His probatis locum sic scribendum censeo: οἷον δώδεκα, ἑννέα, ἑξ, ἐν ταύτῃ τοιαύτῃ τῆς διὰ πασῶν. τυλώσας δὲ καὶ τὴν χεῖρα, etc. Quomodo enim verba τὴν γλώσσαν explicanda sint, nemo dixerit, et pro iis etiam Ciz. praebet τυλώσας, quod Schneiderus in Lexico suo recte explicat: *gewöhnen und gleichsam verhärten*. Loganus legi voluit, τυπώσας, parum commode. *Kiess.*

27) ἑξαριθήματα] Male ante, ἑξαριθήματα. Dicuntur autem hic ἑξαριθήματα, pondera choëdis appensa: vt Obrechtus recte vertit. *Kust.* Pro μετέθηκεν Ciz. cum *Att.* προσέθηκεν. *Kiess.*

εὐμηχάνως τὴν μὲν τῶν χορδῶν κοινήν <sup>28)</sup> ἀπό-  
 δεσιν, τὴν ἐκ τοῦ διαγωνίου πασσάλου, εἰς τὸν  
<sup>29)</sup> τοῦ ὄργάνου βατῆρα, ὃν χορδότονον ὠνό-  
 (101) μαζε· τὴν δὲ <sup>30)</sup> ποσὴν ἐπίτασιν ἀναλόγως τοῖς  
 βάρεσιν εἰς τὴν τῶν <sup>31)</sup> κολλάβων ἄνωθεν σύμ-  
 119 μετρον περιστροφὴν. Ἐπιβάθρα τε ταύτη χρώ-  
 μενος, καὶ οἶον ἀνεξαπατήτω γνώμονι, εἰς  
 ποικίλα ὄργανα τὴν πείραν λοιπὸν ἐξέτεινε,  
<sup>32)</sup> λεκιδῶν τε κροῦσιν, καὶ αὐλοῦς, καὶ σύ-  
 ριγγας, καὶ μονόχορδα, καὶ τρίγωνα, καὶ τὰ

28) ἀπόδεσιν] Hanc certam lectionem recepi pro ἀπό-  
 δεσιν, de quo Kusterus ita: „Sic etiam Nicomachus.  
 „At Arcerius, Obrechtus et vir doctus ad marginem  
 „codicis Spanhemian! recte legerunt ἀπόδεσιν: quam-  
 „vis Meibomius emendationem hanc reiecit; in quo  
 „me non habet assentientem. Quid enim hic sibi vult  
 „ἀπόδεσιν? At ἀπόδεσις ἐκ τοῦ πασσάλου est, religatio  
 „(chordarum) ex clauo: sensu manifesto et necessario.  
 „Deinde scribitur, τὴν τοῦ διαγωνίου πασσάλου. Sed  
 „sensus exigit, vt legatur, τὴν ἐκ τοῦ διαγωνίου πασσά-  
 „λου.“ Etiam hoc restituimus. *K i e s s.*

29) τοῦ ὄργάνου βατῆρα, ὃν χορδότονον ὠν.] Iambli-  
 chus hic βατῆρα sive χορδότονον vocat partem illam in-  
 feriolem lyrae, cui chordae annexae erant. Ei in  
 parte superiore respondebant κόλλοις, sive verticilli;  
 quippe qui chordas ab altera parte tendebant. Sensus  
 ergo totius loci huius, quem Obrechtus paulo obscu-  
 rius vertit, hic est: Pythagoram in conficiendo instru-  
 mento musico vsum clavi sive paxilli parieti infixi, ex  
 quo chordae religatae erant, transtulisse ad limen, sive  
 chordotonon lyrae, cui chordas annectebat; vsum vero  
 ponderum, quae chordis appensa erant, easdemque  
 tendebant, ad κόλλοις, sive verticillos; quippe quo-  
 rum conuersione Pythagoras ita intendebat chordas, vt  
 tensio illa ponderibus proportione responderet. *K u s t.*  
 Pro εἰς τὸν τοῦ ὄργάνου in Ciz. est εἰς τὴν τ. ὄργ. *K i e s s.*

artificio illam communem paxilli, qui duobus parietibus ab angulo ad angulum infixus erat, lineam, ex qua chordae religatae erant, transtulit ad caput instrumenti, quod *chordotonon* vocabat: chordas vero clauorum superiorum, commensurata ad ponderum proportionem eorundem conuersione, intendebat. Atque hoc fundamento et quasi infallibili norma vsus ad varia deinceps organa experimentum protulit; nempe ad pulsationem patellarum, ad tibias, ad fistulas, ad monochorda, ad trigona, et similia:

30) *ποσὴν*] Arcerius *τάσιν* legendum putat: sed coniecturam eius probare non possum. Nam *τάσιν* et *ἐπιτάσιν* idem prorsus est. Ego nulla mutatione, abiecto tantum *τῷ ἦ*, lego, *ποσὴν ἐπιτάσιν*: sensu omnino claro. Apud Nicomachum certe particula *ἦ* deest: sed apud quem pro *ἐπιτάσιν* minus recte legitur *ἀνάσιν*. *Kust.* Ciz. *πόσῃν*. Haud dubie vera est ratio Kusteri, *ἦ* post *ποσὴν* abiicientis, quam secutus sum. Significat autem *ἦ ποσὴ ἐπιτάσις*, opposita *τῇ τῶν χορδῶν κοινῇ ἀποδίσει*, intentionis velut quantitatem siue modum den Grad der Anspannung, *τὸ ποσὸν τῆς ἐπιτάσεως*. Loganus scribit *ἀνεσιν ἢ ἐπιτάσιν*. *Kiess.*

31) *κολλάβων*] Id est, verticilloꝝ, quibus intenduntur chordae: vnde *κολλάβωσις*, intensio chordarum, quae fit verticillis. Vox ista restituenda est Iamblichō nostro in Nicomachi *Introduct. Arithmet.* p. 171. vbi hodie male legitur *κολόβωσις*: quod eruditus interpretēs Sam. Tennulius *amputationem* vertit; sensu prorsus refragante, vt cuilibet patebit, qui ipsum inspicere voluerit. *Kust.*

32) *ἀσκίδων*] Pro hoc Loganus p. 100. legit *πηκτίδων*. *Πηκτις* enim, inquit, apud Pollucem est instrumentum musicum, isque in eodem capite 9. lib. IV. connumerat cum hoc etiam *τρίγωνο*. Leguntur etiam hae duae voces

παραπλήσια. 33) καὶ σύμφωνον εὑρίσκειν ἐν  
 ἅπασιν, καὶ ἀπαράλλακτον τὴν δι' ἀραθμοῦ  
 κατάληψιν. 34) ὀνομάσας δὲ ὑπάτην μὲν τὸν  
 τοῦ ἕξ ἀριθμοῦ κοινωνοῦντα φθόγγον· μέσην  
 δέ, τὸν τοῦ ὀκτώ, ἐπίτριτον αὐτοῦ τυγχάνον-  
 πα· παραμέσην δέ, τὸν τοῦ ἐννέα, τόνω τοῦ  
 μέσου ὀξύτερον καὶ δὴ καὶ ἐπόγθοον· νήτην  
 δέ, τὸν τοῦ δώδεκα· καὶ τὰς μεταξῦντας  
 κατὰ τὸ διατονικὸν γένος συναναπληρώσας  
 φθόγγους ἀναλόγοις, οὕτως τὴν 35) ὀκτάχορ-  
 (102) δον ἀριθμοῖς συμφώνοις ὑπέταξε, διπλασίω,  
 ἡμιολίω, ἐπιτρίτω, καὶ τῇ τούτων διαφορᾷ,  
 120 ἐπογδόω. Τὴν δὲ πρόβασιν ἀνάγκη τινὲ φυσικῆ  
 ἀπὸ τοῦ βαρυτάτου ἐπὶ τὸ ὀξύτατον, κατὰ  
 τοῦτο τὸ διατονικὸν γένος οὕτως εὑρίσκει. τὸ  
 γὰρ χρωματικὸν καὶ 36) ἐναρμόνιον γένος αὐ-  
 θίς ποτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ διετράνωσεν, ὡς ἐνέσται

apud Platonem de Rep. lib. III. p. 399. et περὶ πηκίδος  
 multa apud Athenaeum lib. XIV. c. 4. De instrumen-  
 tis musicis, quae pulsantur, hic loquitur Iamblichus;  
 at tale neutiquam est *λεκίς*. Ita Loganus, qui non  
 facile inueniet, qui cum ipso *πηκίδων* legendum cen-  
 seant. Obstat primum additum verbum *κροῦσις*. Nam  
 Athenaeus lib. XIV. p. 635. B. dicit: *Ἀρατιέξιος τὴν*  
*μάγαδιν καὶ τὴν πηκίδα χωρὶς πλήκτρον διὰ ψαλμοῦ πα-*  
*ρέχεσθαι τὴν χρῆσαν.* Atqui *κροῦσις* est τοῦ πλήκτρον.  
 Deinde etiam Boëthius, l. c. tuetur *λεκίδων*, cuius haec  
 sunt verba: *Saepe et pro mensurarum modo cyathos*  
*aequorum ponderum acetabulis immittens; saepe ipsa*  
*quoque acetabula diuersis formata ponderibus virga vel*  
*paerea ferreae percutiens, nihil esse diuersum inuenisse*  
*laetatus est.* Kiess.

33) καὶ σύμφωνον] In Ciz. et Arc. καὶ σύμφωνα. Est

atque in his omnibus deprehendit consonam et immutabilem illam per numeros comprehensionem. Nominabat autem hypaten sonum numeri senarii participem; mesen, octonarii, qui illius existit epitritus; paramesen vero, nouenarii quidem participem, tono autem acutiorem, quam est mese, atque illius epogdoon; neten denique, de duodenario participantem. Quumque iuxta genus diatonicum interiecta spatia proportionatis sonis expleuisset, octochordum consonis numeris ordinauit: nempe duplo, hemiolio, epitrito, et qui hos disternat, epogdoon. Atque hac quidem ratione progressum, naturali quadam necessitate a grauissimo ad acutissimum tendentem, iuxta diatonicum illud genus, inuenit. Quod autem chromaticum genus et harmonicum attinet, illa itidem ex diatonico liquidiora reddidit; vt

autem ἡ δι' ἀριθμοῦ κατάληψις, das durch eine Zahl ausgedrückte Verhältniss der Töne. *Kie ss.*

34) ὀνομάσας δὲ ὑπάτην μὲν τὸν τοῦ ἕξ ἀριθμοῦ.] Confer cum hoc loco Nicephorum in Synesium *de Insomn.* p. m. 97. et Plutarchum *de Musica*, p. m. 1139. *Kust.* Ciz. τὴν τοῦ ἕξ, et deinceps τὴν τοῦ ὀκτώ, τὴν τοῦ ἑννέα, τὴν τοῦ δάδεκα, τὴν μεταξύτητας. *Kie ss.*

35) ὀκτάχορδον] Lyrae Pythagoricae octochordae schema exhibet modo laudatus Nicephorus in Synesium *de Insomn.* p. 98. *Kust.*

36) ἑναρμόμιον] Ciz. ἑναρμονιόν. *Kie ss.*

ποτέ δεῖξαι, 37) ὅταν περὶ μουσικῆς λέγωμεν. ἀλλὰ τό γε διατονικὸν γένος τοῦτο τοὺς βαθμοὺς καὶ τὰς προόδους τοιαύτας τινὰς φθι- κάς ἔχειν φαίνεται, 38) ἡμιτόνιον, εἶτα τόνον καὶ τοῦτ' ἔστι διὰ τεσσάρων, σύστημα δύο τό- νων, καὶ τοῦ λεγομένου ἡμιτονίου. εἶτα προσ- ληφθέντος ἄλλου τόνου, τουτέστι τοῦ μεσεμ- βληθέντος, ἢ διὰ πέντε γίνεται, σύστημα τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου ὑπάρχουσα. εἰδ' ἐξῆς τούτῳ ἡμιτόνιον, 39) καὶ τόνος ἄλλος διὰ τεσ- σάρων, τουτέστιν, ἄλλο ἢ ἐπίτριτον. ὥστε ἐν μὲν τῇ ἀρχαιοτέρῃ τῇ ἑπταχόρδῳ πάντας ἐκ τοῦ βαρυτάτου τοὺς ἀπ' ἀλλήλων τετάρτους (103) τὴν διὰ τεσσάρων ἀλλήλοις δι' ὅλου συμφωνεῖν, τοῦ ἡμιτονίου κατὰ μετάβασιν, τὴν τε πρώτην καὶ τὴν μέσῃν καὶ τὴν τρίτην / χώραν μετα- 121 λαμβάνοντος κατὰ τὸ τετραχόρδον. Ἐν δὲ τῇ Πυθαγορικῇ τῇ ὀκταχόρδῳ, ἦτοι κατὰ συναφὴν συστήματι ὑπαρχούσῃ τετραχόρδου τε καὶ πενταχόρδου, ἢ κατὰ διάζευξιν δυοῖν τε- τραχόρδων τῶν χωριζομένων ἀπ' ἀλλήλων, ἀπὸ τῆς βαρυτάτης ἢ προχώρησις ὑπάρξει. ὥστε τοὺς ἀπ' ἀλλήλων πέμπτους πάντας φθόγγους,

37) ὅταν περὶ μουσικῆς λέγωμεν] Opus hoc Iamblichii de Musica hodie non amplius exstat. Meminit autem eius idem Iamblichus in Nicomachi *Introduct. Arithmet.* p. 171. vbi ait, ἃ νῦν παρίεμεν ἐκόντες, ὡς ευκαί- ρότερον ὄν ἐν αὐτῇ τῇ Μουσικῇ εἰσαγωγῇ περὶ αὐτῶν τεχνολογεῖν. Item pag. seq. Τὰς δ' αἰτίας, δι' ἃς τοῦτο συν- ἔβαινε, κατ' οὐκείον τόπον ἐν αὐτῇ τῇ Μουσικῇ εἰσαγωγῇ σαφηνισόμεν. Kust.

aliquando, quum *de Musica* tractaturi sumus, demonstrare licebit. Caeterum diatonicum hocce genus a natura tales videtur gradus et processus habere: semitonium, deinde tonus, et deinde tonus; et hoc est dia tesson, compositio duorum tonorum et semitonii. Postea assumpto alio tono, i. e. insititio illo, fit dia pente, nempe systema trium tonorum et semitonii: deinceps post illud, semitonium; et tonus, et tonus, dia tessaron aliud, hoc est epitriton. Adeoque in veteri quidem heptachordo omnes toni inde a gravissimo quarti a se inuicem, dia tessaron secum vbique consonant; semitono per transitionem quandam in primam, secundam et tertiam tetrachordi regionem sese extendente. In Pythagorica vero octachordó, quae, si eam coniungas, systema quoddam est tetrachordi et pentachordi, si vero disiungas, duarum tetrachordorum a se invicem separatarum; a gravissimo fiet processus, vt quinti a se inuicem distantes

38) ἡμιτόνιον, εἶτα τόνον] Supple ex Nicomacho, ἡμιτόνιον, εἶτα τόνον, εἶτα τόνον. Posteriora enim bis repetenda sunt. *Kust.* Verba εἶτα τόνον bis legenda esse, intelligitur iam ex iis, quae sequuntur: σύστημα δύο τόνων. Hoc modo frequentissime a librariis peccatum est. *Kiess.*

39) καὶ τόνος ἄλλος διὰ τεσσ.] Nicomachus plenius et melius, καὶ τόνος, καὶ τόνος· ἄλλο διὰ τεσσάρων, τουτέστιν, ἐπίτριτον. *Kust.*



τὴν διὰ πέντε συμφωνεῖν ἀλλήλοις, τοῦ ἡμ-  
τονίου προβάδην εἰς τέσσαρας χώρας μεταβαί-  
νοντος, πρώτην, δευτέραν, τρίτην, τετάρτην.  
οὕτω μὲν οὖν τὴν μουσικὴν εὐρεῖν λέγεται,  
καὶ συστησάμενος αὐτὴν παρέδωκε τοῖς ὑπη-  
κόοις ἐπὶ πάντα τὰ κάλλιστα.

## Κ Ε Φ. κζ'.

122

1) Ἐπαινεῖται δὲ πολλὰ καὶ τῶν κατὰ τὰς  
πολιτείας πραχθέντων ὑπὸ τῶν ἐκείνῳ πληρω-  
σάντων. φασὶ γάρ, ἐμπροσθοῦσης μὲν ποτε παρὰ  
τοῖς Κροτωνιάταις ὀρμῆς πολυτελεῖς ποιῆσθαι  
τὰς ἐκφορὰς καὶ ταφάς, εἰπεῖν τινὰ πρὸς τὸν  
δῆμον ἐξ αὐτῶν, ὅτι Πυθαγόρου διεξιόντος  
ἀκούσειεν ὑπὲρ τῶν θείων, ὡς οἱ μὲν Ὀλύμπιοι  
(104) 2) ταῖς τῶν θυόντων διαθέσεσιν, 3) οὐ τῶ τῶν  
θυομένων πλήθος προσέχουσιν· οἱ δὲ χθόνιοι  
τοῦναντίον, ὡς ἂν ἐλαττόνων κληρονομοῦντες,  
τοῖς κώμοις καὶ θρήνοις, ἔτι δὲ ταῖς συνεχέ-  
χοαῖς καὶ τοῖς ἐπιφορήμασι καὶ τοῖς μετὰ με-  
123 γάλῃς θανάτῃς 4) ἐταγισμοῖς χαίρουσιν. Ὅθεν  
διὰ τὴν προαίρεσιν τῆς ὑποδοχῆς Πλοῦτανα  
καλεῖσθαι τὸν ἕδην· καὶ τοὺς μὲν ἀφελῶς

1) Ἐπαινεῖται] Ciz. ἐπαινεί. Deinceps pro ὑπὲρ τῶν  
θείων in marg. Spanhem. notatum est, ὑπηκόων. —  
De re ipsa vid. Tiedemann. in libro saepe cit. p.  
524. sq. Kiess.

2) ταῖς τῶν θυόντων διαθέσεσιν] Apposite ad hunc  
locum Porphyrius de Abstin. lib. II. §. 15. Μᾶλλον τὸ  
δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἤθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυο-  
μένων πλήθος βλέπει, Numen potius sacrificantium po-

omnes soni dia pente inter se consonent; semitonia in quatuor regiones successiue progrediente, in primam scilicet, secundam, tertiam, quartam. Hunc itaque in modum Musicam inuenisse fertur: quam postquam stabiliuisset, discipulis ad pulcherrima quaeque administram tradidit.

## C A P. XXVII.

Porro multa a discipulis eius in rerum ciuiliam actu gesta laudibus efferuntur. Quum enim aliquando Crotoniatis cepisset impetus, sumtuosas elationes funerum sepulturasque faciendi; quidam ex illorum numero ad populum dixit: se audiuisse ex Pythagora, quum de diis dissereret, coelestes quidem sacrificantium affectum, non sacrificiorum numerum spectare; inferos vero e contrario, quasi sorte minores, commensationibus et lessibus, continuisque libationibus et bellariis, inferiisque sumtuosis gaudere: ideoque et Orcum, quod splendide excipi velit, *Plutonem* vocari. Qui igi-

*tius, quam sacrificiorum multitudinem spectat. Plures huius generis sententiae passim apud scriptores occurrunt. Kust.*

3) εὐ τῶ τῶν θ.] Sic recte MS. At prior Edit, male, οὐτῶ τῶν θνομ. *Kust.*

4) ἐναγισμοῖς] Sic scripsi pro corrupto ἐναγισμοῖς, quod in Ciz. quoque exstat. Illud reponendum esse, monuerunt etiam Arcerius et Kusterus. *Kiess.*

αὐτὸν τιμῶντας ἔαν κατὰ τὸν ἄνω κόσμον  
 5) χρόνιον· ἀπὸ δὲ τῶν ἐκκεχυμένως πρὸς τὰ  
 πένθη διακειμένων αἰεί τινα κατὰγειν ἕνεκα  
 τοῦ τυγχάνειν τιμῶν τῶν ἐπὶ τῆς μνήμης γι-  
 νομένων. ἐκ δὲ τῆς συμβουλίας ταύτης ὑπό-  
 ληψιν ἐμποῦῃσαι τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι μετριά-  
 ζοντες μὲν ἐν τοῖς ἀτυχήμασι τὴν ἰδίαν σωτη-  
 ρίαν διατηροῦσιν· ὑπερβάλλοντες δὲ τοῖς ἀνα-  
 λώμασιν ἅπαντες 6) πρὸ μοίρας καταστρέψου-  
 124 σιν. Ἐτερον δὲ διαιτητὴν 7) γενόμενόν τινος  
 ἀμαρτύρου πράγματος, χωρὶς μεθ' ἑκατέρου  
 τῶν ἀντιδίκων ὁδῶ 8) προάγοντα, 9) κατὰ μνή-  
 μά τι σπάντα φῆσαι, τὸν ἐν τούτῳ κείμενον  
 ἐπεικῆ καθ' ὑπερβολὴν γενέσθαι. τῶν δὲ ἀν-  
 (105) τιδίκων τοῦ μὲν πολλὰ κάγαθὰ κατευξαμένου  
 τῷ τετελευτηκότι· τοῦ δὲ εἰπόντος· μή τι οὖν  
 αὐτῷ πλεῖον ἐστι; 10) καταδοξάσαι, καὶ παρε-  
 σχῆσθαι τινα ῥοπήν εἰς τὴν πίστιν τὸν ἐγκω-  
 μιάσαντα τὴν καλοκαγαθίαν. Ἄλλον δὲ 11) δί-  
 αιταν· εἰληφότα μεγάλην, ἑκάτερον πείσαντα  
 τῶν ἐπιτρεψάντων, τὸν μὲν ἀποτίσαι τέσσαρα

5) χρόνιον] Nonne potius χρονίους? Kiess.

6) πρὸ μοίρας καταστρέψουσιν] Ita Kust. et Arc. In Ciz. est πρὸς μοίρας, in Pat. e marg. Spanh. καταστρέψουσιν. Kiess.

7) γενόμενόν τινος] In Ciz. et Arc. γενόμενόν τινα. Kiess.

8) προάγοντα] Antea male, προσάγοντα. Προάγειν autem hic significat, procedere vel progredi. Kiess.

9) κατὰ μνήμᾳ τι σπάντα] Antea hic legebatur καταμνηματίζοντα, quod ex pluribus vocibus coaluisse, iam Arcerius monuerat, qui in hoc vocabulo latere κατὰ

tur tenuiter eum honorant, illos ab eo in mundo superiori sibi diutius viuere; ex iis vero, qui in funera profusos sumtus faciunt, semper eum quendam deducere; vt honoribus ad monumenta fieri solitis fruatur. Hoc consilio effecit, vt opinarentur Crotoniatae, se salutem suam tueri, si in aduersis medium tenerent; sin modum sumtibus excederent, omnes praemature fato morituros. Alter vero, quum litis arbiter, quae teste carebat, seorsim cum vtroque litigante in via processisset, quumque ad quoddam monumentum substitisset; ille, inquit, qui in hoc monumento situs est, summa aequitate praeditus fuit. Ad haec alter litigantium multa mortuo bona apprecatus est; alter vero, num igitur, inquit, inde locupletior factus est? Hunc itaque Pythagoreus suspectum habuit; ille vero, qui honestatis studium laudauerat, momentum non leue eo ipso attulit ad fidem sibi habendam. Alius, magnae rei arbitrio suscepto, vtrique compromittentium auctor fuit, alteri, vt qua-

*μνήμα τίσαντα*, i. e. ipso vertente, eum, qui, ad monumentum honores tribuebat, putauit. Nos recepimus id, quod merito placuit Reinesio, Obrechtio et Kustero. *Kiess.*

10) *καταδοξάσαι*] Ita Kust. In Ciz. *καταδέξασαι*. *Kiess.*

11) *δίαταν*] Ciz. *διαίταν*. Ibidem deinceps pro *ἐπιγεψάντων* est *ἐπιστρεψάντων*, vt in edit. Arc. *Kiess.*

τάλαντα, τὸν δὲ λαβεῖν δύο, καταγνῶναι τρία, καὶ δόξαι δεδωκέναι τάλαντον ἑκατέρω. Θέμενων δὲ τινῶν ἐπὶ κακουργία πρὸς γυναίων τῶν ἀγοραίων ἱμάτιον καὶ διειπομένων μὴ δίδοναι θατέρω, μέχρις ἂν ἀμφοτέροι παρῶσι· μετὰ δὲ ταῦτα παραλογισαμένων καὶ <sup>12)</sup> σύνεγγυς τὸ κοινὸν λαβόντος θατέρου καὶ φήσαντος συγκεχωρηκέναι τὸν ἕτερον, εἶτα συκοφαντοῦντος ἑτέρου τοῦ μὴ προσελθόντος, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὁμολογίαν τοῖς ἄρχουσιν ἐμφανίζοντος, ἐκδεξάμενον τῶν Πυθαγορείων τινὰ φῆσαι, τὰ συγκείμενα τὴν ἀνθρωπὸν ποιῆσειν, <sup>125</sup> ἂν ἀμφοτέροι παρῶσιν. Ἄλλων δὲ τινῶν ἐν ἰσχυρᾷ μὲν φιλίᾳ πρὸς ἀλλήλους εἶναι δοκούντων, εἰς σιωπασμένην δὲ ὑποψίαν διὰ τινὰ τῶν κολακευόντων τὸν ἕτερον ἐμπεπτακότων, ὃς εἴρηκε πρὸς αὐτόν, ὡς τῆς γυναικὸς ὑπὸ θατέρου διεφθαρμένης· ἀπὸ τύχης εἰσελθόντα τὸν Πυθαγόρειον εἰς χαλκεῖον, ἐπεὶ δεῖξας ἠκονημένην μάχαιραν ὃ νομίζων ἀδικεῖσθαι, <sup>(106)</sup> τῷ τεχνίτῃ προσέκοπτεν ὡς οὐχ ἰκανῶς ἠκονηκότι, <sup>13)</sup> καὶ ὑπονοήσαντα, ποιεῖσθαι τὴν παρασκευὴν αὐτὸν ἐπὶ τὸν διαβεβλημένον· αὕτη σοι, <sup>14)</sup> ἔφη, τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀπάντων

<sup>12)</sup> σύνεγγυς] Quomodo hoc vocabulum hic sit capiendum, non assequor. Videtur legendum esse, σύν ἐγγύη: posthaec quum callidum consilium cepissent, alterque id, quod utriusque commune erat, sumpsisset facta sponsione, etc. In Ciz. ut in edit. Aro. est τοῦ κοινοῦ. Kiess.

<sup>13)</sup> καὶ ὑπονοήσαντα] Ciz. καθυπονόησαντα. Kiess.

tuor talenta solueret, alteri, vt duo acciperet: dein reum tribus talentis damnauit; atque ita visus est vnicuique talentum donasse. Praeterea quidam apud mulierculam circumforaneam vestem fraudulenter deposuerant, et ne alteri eam redderet, priusquam ambo praesentes adessent, vetuerant. Paulo post eam decepturi, alter commune depositum repetiit, dicens, id cum bona alterius venia fieri; ille vero, qui non adfuerat, sycophantia vsus ad iudicem pactum ab initio inter ipsos initum detulit. quidam Pythagoreorum excipiens dixit, mulierem satisfacturam pacto conuento, quum ambo adfuerint. Alii, quibus inter se videbatur intercedere firma amicitia, in tacitam suspicionem erant delapsi, indicante alteri adulate ipsius, quasi vxor eius ab amico corrumpere. forte itaque Pythagoreus ingressus officinam fabri aerarii, vbi ille, qui se iniuria putabat affectum, monstrans fabro gladium, quem acuendum illi commiserat, ei succensebat, quasi non satis acuisset; suspicatus est, hunc in eum, qui adulterii delatus erat, comparari. Atque hic, inquit,

14) ἔφη] *Φῆναι* (voluit *φάναι*: quamquam *ἔφη* retineri potest, si statuas, orationem indirectam subito transire in directam. *Kie ss.*) legendum est. Refertur enim ad accusatiuos praecedentes, *εἰσελθόντα* et *ὑπονοήσαντα*. Deinde pro *ἐπι δείκας*, quod paulo ante praecedat,

ὄξυτέρα, πλὴν διαβολῆς. καὶ τοῦτ' εἰπόντα ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ προπετῶς εἰς τὸν φίλον, ὃς ἔνδον ἦν  
 126 προκεκλημένος, ἕξαμαρτεῖν. Ἐτερον δέ, ξένου τινὸς ἐκβεβληκότος ἐν <sup>15)</sup> Ἀσκληπιείῳ ζώην χρυσίον ἔχουσαν, καὶ τῶν μὲν νόμων τὸ πεδὸν ἐπὶ τὴν γῆν καλυόντων ἀναιρεῖσθαι, τοῦ δὲ ξένου σχετλιάζοντος, κελεῦσαι τὸ μὲν χρυσίον ἐξελεῖν, ὃ μὴ πέπτωκεν ἐπὶ τὴν γῆν, τὴν δὲ ζώην εἶναι· εἶναι γὰρ ταύτην ἐπὶ τῆς γῆς.  
 16) Καὶ τὸ μεταφερόμενον δὲ ὑπὸ τῶν ἀγνούτων εἰς τύπους ἑτέρους, ἐν Κρότωνι γενέσθαι λέγουσιν, ὅτι θεᾶς οὔσης, <sup>17)</sup> καὶ γεράνων ὑπὲρ τοῦ θεάτρου φερομένων, εἰπόντος τινὸς τῶν καταπεπλευκότων πρὸς τὸν πλησίον καθήμενον· ὁρᾶς τοὺς μάρτυρας; ἐπακούσας τις τῶν Πυθαγορείων <sup>18)</sup> ἤγαγεν αὐτοὺς ἐπὶ  
 (107) τὸ τῶν χιλίων ἀρχεῖον, ὑπολαβὼν ὥπερ ἐλίγοντες τοὺς παῖδας ἐξεῦρον, καταπεποντικένας τινὰς τὰς ὑπὲρ τῆς νεῶς πετομένας γεράνους μαρτυρουμένους. Καὶ πρὸς ἀλλήλους δὲ τινες, ὡς ἔοικε, διενεχθέντες, νεωστὶ πρὸς Πυθαγό-

prior Edit. (etiam cod. Ciz, Kiess.) male habet, ἐπιδείξας: quod mendum etiam ante Nos observauerat Desid. Herald. *Animadv.* in Iamblichum, cap. VIII. Kust.

15) Ἀσκληπιείῳ] In Ciz. ἀσκληπιῶ. Kiess.

16) Καὶ τὸ μεταφερόμενον δὲ ὑπὸ τ.] Rectius leges, καὶ τοῦτο τὸ μεταφερόμενον ὑπὸ — etc. Kust. Cur hoc rectius, non video. Kiess.

17) καὶ γεράνων ὑπὲρ τοῦ θεάτρου φερ.] Similis pror-

aliis omnibus acutior est, excepta calumnia. Quo dicto effecit, ut homo ille mentem aduerteret, nec temere in amicum, qui intus erat, antea quippe accitus, peccaret. Alius, quum peregrino cuidam in templo Aesculapii zona aureis plena decidisset, et lex prohiberet, quod lapsum erat, humo tollere; peregrino indignanti praecepit, ut aurum, quod humi non ceciderat, eximeret, zonam vero relinqueret. Quin et id, quod ignari in alia loca transferunt, Crotone accidisse aiunt; quum in ludis publicis grues theatrum superuolarent, et quidam ex iis, qui in portum appulerant, ad eum, qui prope sedebat, diceret: Viden' testes? id audiens aliquis Pythagoreus, eos in curiam magistratum, qui mille viri vocabantur, abstraxit: ubi quaestione habita compertum est, pueros quosdam ab iis in mare abiectos fuisse, qui grues, nauem superuolitantes, testes appellauerant. Quum etiam inter se nouitii quidam Pythagorae discipuli dissidere

sus historia de Ibyco ab aliis narratur. Vide Zenobium Centur. I. Adag. 37. *Kust.* In Ciz. et Arc. *γενανων. Kiess.*

- 18) ἤγαγεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ τῶν χιλίων ἀρχεῖον, ὑπολ.]  
 Locum hunc, in quo aliquid est salebrosi, sic lego:  
 ἤγαγεν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ τῶν χιλίων ἀρχεῖον. ὅπου ἐλέγχοντες  
 αὐτοὺς, παῖδας ἐξῆυρον, etc. Quid enim τὸ ὑπόλαβῶν  
 hic sibi velit, haud sane video. Deinde vocem  
 ἐλέγχοντες ex MS. renocavi pro ἐλέγοντο, quod prior  
 Edit. habet. *Kust.* Omnia sana sunt, si pro ὅπου



ραν παραβάλλοντες, <sup>19)</sup> ὡς ὁ νεώτερος προσελθὼν διελύετο, φάσκων, οὐ δεῖν ἐφ' ἕτερον ποιῆσθαι τὴν ἀναφορὰν, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἐπιλαθέσθαι τῆς ὀργῆς. <sup>20)</sup> τὰ μὲν ἄλλα αὐτῶ φῆσαι τὸν ἀκούοντα, διαφερόντως ἀρέσκειν, αἰσχύνεσθαι δὲ ἐπὶ τῷ πρεσβύτερος ὧν μὴ πρό-  
 127 τερος αὐτὸς προσελθεῖν. <sup>21)</sup> Καὶ ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον εἰπεῖν, <sup>22)</sup> καὶ τὰ περὶ Φεντίαν καὶ Δάμωνα, περὶ τε Πλάτωνος καὶ Ἀρχίου, καὶ <sup>23)</sup> τὰ περὶ Κλεινίαν καὶ Πρωῶρον. χωρὶς τοίνυν τούτων Εὐβούλου τοῦ Μεσσηνίου κλέοντος εἰς οἶκον, καὶ ληφθέντος ὑπὸ Τυρρηνῶν καὶ καταχθέντος εἰς Τυρρηνίαν, <sup>24)</sup> Ναυίδου ὁ Τυρρηνός, Πυθαγόρειος ὧν, ἐπιγνοὺς αὐτόν, ὅτι τῶν Πυθαγόρου μαθητῶν ἐστίν, ἀφελόμενος τοὺς ληστάς, μετ' ἀσφαλείας πολ-  
 128 λῆς εἰς τὴν Μεσσηνίαν αὐτὸν κατέστησε. <sup>25)</sup> Καρ-

legas ἄπερ, locumque sic intelligas: *suspiciatus id, quod quaestione de servis habita deprehenderunt, eos aliquot in mare deiecisse. In Ciz. est νῆος et πετωμένοι. Kiess.*

19) ὡς ὁ νεώτερος] Haec tres voces in prioribus Edit. desunt, quas ex MS. reuocauit. *Kust.* Διελύετο omiserat *Obrechtus*. Est absolute positum et significat in gratiam cum altero redire. *Kiess.*

20) τὰ μὲν ἄλλα αὐτῶ, φῆσαι τὸν ἀκούοντα] Ita *Kusterus*, praeterquam quod interpunctionem neglexerat. In Arg. αὐτῶν, in Ciz. αὐτοῖς. Idem Ciz. ἐπὶ τῷ, et πρότερος ἢ αὐτός. *Kiess.*

21) Καὶ ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον εἰπεῖν] Haec verba corrupta videntur, obscuriora certe sunt ob orationem interruptam. Si referuntur ad duos Pythagoreos, de quibus ante sermo est, hunc sensum videntur habere:

viderentur, et is, qui iunior erat, alterum adisset in gratiam cum eo rediturus, dicens, non ad alium arbitrum litem referri, sed ipsos inter se irae obliuisci debere; is, cui haec dicebantur, reposuit, sibi quidem hoc dictum quoad caetera valde placere, eo vero se solum erubescere, quod, quum aetate senior esset, non etiam prior in adeundo illo fuisset. Liceret et alia huius generis adiicere, tum quae de Phintia et Damone, tum quae de Platone et Archyta, itemque de Clinia et Proro referuntur. His vero sepositis, mentionem tantum faciemus Eubuh Messenii; quem, quum domum nauigaret, captum a Tyrrenis, Nausithus Tyrrenus et Pythagoreus agnouit, de schola Pythagorae esse, eumque praedonibus ereptum secure Messanam deducendum cura-

illam senioreni iuniori tum haec dixisse, tum ea quae spectant Phintiam et Damonem etc. Pro *περὶ τοῦ Πλάτωνος καὶ Ἀρχύτου* scribendum erit *περὶ τοῦ Πλάτωνος καὶ Ἀρχύτου*. *Kiess.*

22) καὶ τὰ περὶ Φιντίας καὶ Δάμου.] Historia haec prolixè narratur infra cap. XXXIII. *Kust.*

23) τὰ περὶ Κλεντίαν καὶ Πρωῶρον.] Historiam ipsam si scire cupis, adi Diodorum in Excerptis Historicis a Valesio editis: itemque Nostrum infra, Num. 238. *Kust.*

24) Ναυσίδου.] Ita *Kust.* et *Arg.* In *Ciz. Ναυσίδου*. *Kiess.*

25) Καρχηδονίων.] In *Ciz. Χαλκιδωνίων*. *Ibidem.* paulo post *Καρχηδόνιος*. *Kiess.*

(108) *χρηδονίων τε πλείους ἢ πεντάκις χιλίους ἄνδρας, τοὺς παρ' αὐτοῖς στρατευομένους, εἰς νῆσον ἔρημον ἀποστέλλειν μελλόντων, ἰδὼν ἐν τούτοις Μιλτιάδης ὁ Καρχηδόνιος Ποσειδῆν 26) Ἀργεῖον, ἀμφοτέρω τῶν Πυθαγορείων ὄντες, προσελθὼν αὐτῷ, τὴν μὲν 27) πρᾶξιν τὴν ἐσομένην οὐκ ἐδήλωσεν, ἡξίου δ' αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν ἀποτρέχειν τὴν ταχίστην, καὶ παραπλευσούσης νεῶς συνέστησεν αὐτὸν ἐφόδιον προσθεῖς, καὶ τὸν ἄνδρα διέσωσεν ἐκ τῶν κινδύνων. ὅλως δὲ πάσας εἴ τις λέγοι τὰς γεγενημένας ὁμιλίας τοῖς Πυθαγορείοις πρὸς ἀλλήλους, ὑπεραίροι ἂν τῷ μήκει τὸν ὄγκον καὶ τὸν καιρὸν τοῦ*  
 129 *συγγράμματος. Μέτειμι οὖν μᾶλλον ἐπ' ἐκείνα, ὡς ἦσαν ἔνιοι τῶν Πυθαγορείων πολιτικοὶ καὶ ἀρχικοί. καὶ γὰρ νόμους ἐφύλαττον, καὶ πόλεις Ἰταλικὰς 28) διώκησάν τινες, ἀποφαινόμενοι μὲν καὶ συμβουλευόντες τὰ ἄριστα, ὧν ὑπελάμβανον, ἀπεχόμενοι δὲ δημοσίων προσόδων. πολλῶν δὲ γιγνομένων κατ' αὐτῶν διαβολῶν, ὅμως ἐπεκράτει μέχρι τινὸς ἢ τῶν Πυθαγορείων καλοκαγαθία καὶ ἡ τῶν πόλεων αὐτῶν βούλησις, ὥστ' ὑπ' ἐκείνων οἰκονομεῖσθαι βούλεσθαι τὰ περὶ τῆς πολιτείας. ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ δοκοῦσιν αἱ κάλλιστα τῶν*

26) Ἀργεῖον] Ex MS. pro Ἀργεῖον, quod prior Edit. habet. Kust. Scaliger locum sic legere voluisse videtur: τῶν Πυθαγορείων ὧν τις, deleto vocabulo ἀμφοτέρω. Mihi videntur haec omnia, ἀμφοτέρω τῶν Πυθαγορείων ὄντες; e margine in contexta allata esse, Kiess.

vit. Quum etiam Carthaginienses plus quam quinque mille milites in desertam insulam exposituri essent, Miltiades Carthaginiensis videns inter illos Possiden Argium; (ambo autem Pythagorei erant) adiit ipsum, tēgensque quid acturus esset, vt quam celerime in patriam proficisceretur, hortatus est, et nauī praetereunti commendatum viaticū instruxit, virumque hoc modo periculo subduxit. In vniuersum autem si quis exsequi per omnia vellet, quomodo Pythagorei secum inuicem versati sint, prolixitate orationis iustam libri temporisque mensuram excederet. Quin ad illa potius transeo, quod plurimi Pythagoreorum politici et ad imperandum idonei fuerint. Nam et legibus conseruandis vacarunt; et nonnulli Italicas vrbes rexerunt, introductis in illas, praeter abstinentiam a publicis redbus, aliis quoque decretis consiliisque, quae optima ipsis videbantur: et quamuis plurimis calumniis impetiti essent, aliquamdiu tamen Pythagoreorum virtus et ipsarum etiam ciuitatum beneuolentia praeualuit; vt ab illis respublicas administrari desiderauerint. Eo itaque tempore in Italia et Sicilia pulcherri-

27) πράξιν] In Ciz. πράξιν, ibidemque deest οὐκ ἀπο  
 ἐδήλωσαν. Kiess.

28) διώκησάν] Ciz. διώκισαν. Kiess.

πολιτειῶν ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι καὶ ἐν Σικελίᾳ.  
 150 29) Χαρώνδας τε γὰρ, ὁ Καταναῖος, εἰς εἶναι  
 (109) δοκῶν τῶν ἀρίστων νομοθετῶν, Πυθαγόρειος  
 ἦν. Ζάλευκός τε, καὶ 30) Τιμάρης, οἱ Λοκροί,  
 ὀνομαστοὶ γεγενημένοι ἐπὶ νομοθεσίᾳ, Πυθα-  
 γόρειοι ἦσαν· οἱ τε τὰς Ῥηγινικὰς πολιτείας  
 αὐστήσαντες, τὴν τε γυμνασιαρχικὴν κληρῶ-  
 σαν, καὶ τὴν 31) ἐπὶ Θεοκλέους ὀνομαζομένην,  
 Πυθαγόρειοι λέγονται εἶναι. Φύτιός τε, καὶ  
 Θεοκλῆς, καὶ 32) Ἐλικάων, καὶ Ἀριστοκράτης,  
 διήνεγκαν ἐπιτηδεύμασί τε καὶ ἔθρεβν, οἷς καὶ  
 33) αἱ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις πόλεις κατ' ἐκεί-  
 νους τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο. ὅλως δὲ εὐρε-  
 τὴν αὐτὸν γενέσθαι φασὶ καὶ τῆς πολιτικῆς  
 ὅλης παιδείας, εἰπόντα μηδὲν εἰλικρινῆς εἶναι  
 τῶν ὄντων πραγμάτων, ἀλλὰ μετέχειν 34) καὶ  
 γῆν πυρός, καὶ πῦρ ὕδατος καὶ πνευμάτων·

29) Χαρώνδας] Vide omnino eruditissimum Richard. Bentleium in Dissert. de Phalar. Epist. p. 545. et seqq. vbi pluribus argumentis euincit, Charondam et Zaleucum non fuisse Pythagoreos, nec leges suas a Pythagora accipere potuisse, cum Pythagora ipso antiquiores fuerint. *Kust.*

30) Τιμάρης] Hic infra, Num. 172. vocatur Τιμάριος. *Kust.*

31) ἐπὶ Θεοκλέους] Obrechtus legit, *Εὐθυκλέους*, vt ex versione eius patet. Sed cuius secutus fuerit auctoritatem, nobis non constat. Arcerius scribendum putabat, vel *Ἐπιδοκλέους*, vna voce; vel *ἐπὶ Διοκλέους*, vel *Ἐμπεδοκλέους*. Sed hoc est ariolari, non vero certi quid afferre. Nos, quoniam veterum auctoritate destituti sumus, ipsum quidem nomen proprium mutare non audemus, sed tantum scribendum existimamus, ἀπὸ Θεοκλέους. *Kust.* Θεοκλέους etiam Scaliger. *Kust.*

mae rerumpublicarum fuisse videntur. Nam Charondas Catanaeus, vnus ex optimis legislatoribus, et Zaleucus, atque Timares Locrenses, itidem ob leges latas celeberrimi, Pythagorei fuerunt: vt et qui Rheginorum republicas ordinarunt, tum quae gymnasiarchica vocabatur, tum quae ab Euthycle nomen tulit. Itemque Phytius, Theocles, Elicaon, et Aristocrates institutis moribusque inter Pythagoreos praecelluerunt: quibus et ipsis eo tempore ciuitates eius regionis utebantur. In genere aiunt, omnium politicarum disciplinarum Ipsum auctorem fuisse, quum diceret, nihil in primis rerum elementis purum, sed terram ignis, ignem aeris, aerem aquae, aquam spirituum participem esse: eodem modo

32) [Ἐλικίων] Ita Ciz. et Par. e marg. Spanh. etiam hic, vt Num. 172., quare restituumus. In edd. Arc. et Kust. hoc loco scriptum erat, Ἐλικίων. Kiess.

33) αἱ ἐν ἐκ.] In Ciz. deest αἱ. Kiess.

34) καὶ γῆν πυρός, καὶ πῦρ ὑδ.] Obrechtus locum hunc plenius sic legit: καὶ γῆν πυρός, καὶ αἴρος, καὶ αἶφα ὑδατος, καὶ ὑδωρ πνευμάτων. Deinde ea, quae sequuntur, καὶ ταῦτα πνεύματος ἴσσι, vt superuacanea proreus et inutilia delenda sunt: eodem vero loco scribendum, ὡς αὐτὸς δέ, vel simile quid. Kust. In πνεύματος necesse est verbum lateat, ex quo pendeat genitiuus αἰσχροῦ. Quod in hanc me opinionem deducit, vt scribendum censeam: καὶ γῆν πυρός, καὶ πῦρ ὑδατος καὶ πνευμάτων καὶ κατὰ ταῦτα μέτοχόν ἴσσι καλὸν αἰσχροῦ, etc. Deinceps scriptura κατὰ λόγον alteri καταλλογον vbiuis praeferenda videtur. Kiess.

καὶ ταῦτα πνεύματος ἐστὶ καλὸν αἰσχροῦ, καὶ  
 δίκαιον ἀδίκου, καὶ τᾶλλα κατὰ λόγον τού-  
 (119) τοις. ἐκ δὲ ταύτης τῆς ὑποθέσεως λαβεῖν τὸν  
 λόγον τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ὁρμῆν. δύο δὲ  
 εἶναι κινήσεις καὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς·  
 τὴν μὲν ἄλογον, τὴν δὲ προαιρετικὴν. 35) πο-  
 λιτειῶν δὲ γραμμὰς τινὰς τοιαύδε τρεῖς συστη-  
 σάμενον, τοῖς ἄκροις ἀλλήλων συμψανούσας,  
 καὶ μίαν ὀρθὴν γωνίαν ποιούσας· τὴν μὲν ἐπι-  
 τρίτου φύσιν ἔχουσαν· τὴν δὲ πέντε τοιαῦτα  
 131 δυναμένην· τὴν δὲ τούτων ἀμφοτέρων ἀνάμε-  
 μῶν 36) πρὸς ἀλλήλας συμπτώσεις, καὶ τὰς τῶν  
 χωρίων τῶν ὑπὸ τούτων, βελτίστην ὑποτυπού-  
 σθαι πολιτείας εἰκόνα. σφραγίσασθαι δὲ τὴν  
 δόξαν 37) Πλάτωνα, λέγοντα φανερώως ἐν τῇ

35) πολιτειῶν κ. τ. λ.] Vt hic locus recte intelligatur, cogitandum est de triangulo rectangulo, cuius latera longitudine numeris 3, 4, 5 respondeant, latera autem ad angulum rectum siue κάθῃτοι inter se ita se habeant, vt 3 ad 4, siue ita, vt sit alterum ad alterum in ratione ἐπιτρίτω. Nam ἐπίτριτον hic tantum ternarium significare, id Loganus temere affirmavit. Est hic eadem breuiloquentia, quam supra cap. XXVI. not. 22. in eodem vocabulo notauimus. Ratio haec est,  $4:5 = 1\frac{1}{5} = \text{ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ}$ . Tum,  $3^2 + 4^2 = 5^2$ . — In Ciz. ante μίαν deest καί, et post τὴν abest μέν. Idem cum Arcerio pro ἐπίτριτου, quod habet Kuster., offert ἐπίτριτον, quod restituumus. Denique dat ἐνὸ μέσον. Kiess.

36) πρὸς ἀλλήλας] In Ciz. vt in Arc. πρὸς ἀλλήλα. Idem deinceps pro ὑπὸ τούτων habent ἐπὶ τούτων, quod praefero. Sensus est: quadrata quas ex his lineis oriuntur. — Pro ὑποτυπούσθαι πολιτείας εἰκόνα

turpe honesto, iniustum iusto admistum esse, et alia eadem qua haecce ratione: iuxta istud vero suppositum rationem in alterutram partem ferri. Duos autem esse corporis et animae motus, alterum ratione carentem, alterum spontaneum. Respublicas vero tres quasdam lineas constituere, quarum extremae se inuicem contingerent, et vnum rectangulum conficerent, ita vt prima illarum epitriti, secunda dia pente naturam habeat, tertia inter ambas anameses locum teneat: ratiocinantibus autem nobis, quemadmodum lineae istae inter se coincidunt, et quaenam spatia circumscribant, optimam reipublicae formam repraesentari. Huius autem inuenti gloriam sibi vindicauit Plato in libris *de Republica* aperte

Loganus coniicit p. 102. *ἰσοτεταυθεῖσαι πολιτείας εἶσι:* male. *Kiess.*

37) Πλάτωνα, λέγοντα — ἐν τῇ Πολ.] Arcerius hic notauerat, Platonis sententiam a Iamblichō hoc loco citatam occurrere in *Epinomide*, sub finem. Sed fallitur. Exstat enim libro VIII. *de Rep.* (§. 2. p. 282. ed. Ast.) haud procul ab initio: vbi Philosophus ait: *ἂν ἐπιτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγίς, δύο ἄρμονίας παρέχεται.* Aristides Quintil. lib. III. *de Musica*, p. 152. Edit. Meibom. *Τούτου δὲ καὶ Πλάτων φησὶν ἐπιτριτον πυθμὴνα πεμπάδι συζυγίᾳ.* Caeterum hanc Platonis sententiam refutat Aristoteles lib. V. *de Republ.* c. XII. (cap. X. ed. Schn.) *Kust.* Loganus praeterea citat Iamblichum in *Nicomachi Arithm.* p. 116. Tennul. Bullialdum ad finem notarum suarum in *Theon. Smyrnaeum*, p. 252. *Kiess.*



Πολιτεία, τὸν ἐπίτριτον ἐκείνον πυθμένα, τὸν  
 τῆ πεμπάδι συζευγνύμενον, καὶ τὰς δύο παρε-  
 χόμενον ἁρμονίας. ἀσκῆσαι δέ φασιν αὐτὸν  
 καὶ τὰς μετριοπαθείας, καὶ τὰς μεσότητας,  
 καὶ <sup>38)</sup> τὸ σὺν τινι προηγουμένῳ τῶν ἀγαθῶν  
 ἕκαστον εὐδαίμονα ποιεῖν τὸν βίον, καὶ σὺλ-  
 λήβδην προσευρεῖν τὴν αἴρεσιν τῶν ἡμετέρων  
 152 ἀγαθῶν καὶ προσηκόντων ἔργων. Ἀπαλλάξαι  
 δὲ λέγεται τοὺς Κροτωνιάτας καὶ τῶν παλλα-  
 (111)κίδων, καὶ καθόλου τῆς πρὸς τὰς ἀνεγγύους  
 γυναῖκας ὀμιλίας. <sup>39)</sup> πρὸς Δειωνῶ γὰρ τὴν  
 Βροντίνου γυναῖκα, τῶν Πυθαγορείων ἐνός,  
 οὐσαν σοφὴν τε καὶ περιττὴν τὴν ψυχὴν, (ἣς  
 ἐστὶ καὶ τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα, τὸ  
 40) τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθημερόν, ἀνι-  
 σταμένην ἀπὸ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρός· ὃ τινες  
 41) εἰς Θεανῶ ἀναφέρουσι) πρὸς δὲ ταύτην  
 παρελθούσας τὰς τῶν Κροτωνιατῶν γυναῖκας  
 παρακαλέσαι περὶ τοῦ συμπεῖσαι τὸν Πυθα-  
 γόραν διαλεχθῆναι περὶ τῆς πρὸς αὐτὰς ὁ-

38) τὸ σὺν τινι] In Ciz. τῷ σὺν τινι. [Quod sequitur  
 ἕκαστον, est masculinum. Pythagoras suos etiam ad  
 id excoluit, ut vitam singuli eo felicem redderent,  
 quod praeceptum quoddam bonum sibi adiungerent.  
 Kiess.

39) πρὸς Δειωνῶ] Arcerius scribendum monuit, πρὸς  
 Θεανῶ: quod probo. Sic enim Brontini vxor appel-  
 latur infra, cap. vlt. sub finem: itemque a Suida v.  
 Θεανῶ, et Laertio, lib. VIII. num. 42. Erat vero et  
 altera Theano, Pythagorae vxor, cuius etiam hoc ipso  
 loco post aliquot versus fit mentio. Kust. In Ciz.  
 Δειωνῶ, accentu certe recte posito. Kiess.

dicens, epitritum illud fundamentum quinario coniunctum duplicem harmoniam praebere. Aiunt praeterea illum excoluisse affectum moderationem et mediocritatem, atque hoc, ut singuli adiuncto bono quodam praecipuo vitam beatam efficerent: et ut paucis multa complectar, adinuenisse eundem ferunt electionem bonorum nostrorum officiorumque, quae cuique conueniant. Insuper illum dicunt Crotoniatis a pellicum, aliarumque mulierum non legitime desponsatarum consuetudine abduxisse. Venisse enim Crotoniatarum uxores ad Deinon Brontini Pythagorei coniugem, sapientia et animi dotibus praecellentem; (cuius est etiam egregium illud et illustre dictum, quod quidam Theanoni acceptum ferunt; mulieri eo ipso die fas esse sacra facere, quo a marito suo surrexerit;) eamque rogasse, persuaderet Pythagorae, ut ad maritos suos de-

40) τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθιμ.] Paulo aliter apophthegma hoc refert Laertius lib. VIII. num. 43. aliique scriptores. a Menagio ibi citati. Illis vero (quod obiter moneo) addendus est Theo in *Progymnasmatibus* pag. 69. Confer etiam Nostrum supra, Num. 56. ubi dictum hoc ipsi Pythagorae tribuitur. *Kust.* Τοῦ ἑαυτῆς pro τοῦ ἑαυτοῦ, quod editiones Av. et *Kust.* dant, Cizensis cod. obtulit. *Kiers.*

41) εἰς Θεανὼν] Vtique cum Arcerio addendum censeo τὴν τοῦ Πυθαγόρου, i. e. *Pythagorae uxorem*: ut sic distinguatur a Theanone Brontini uxore; cuius paulo ante facta est mentio. *Kust.*

φροσύνης τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν· ὃ δὴ καὶ συμβῆναι. καὶ τῆς γυναικὸς ἐπαγγελιαμένης, καὶ τοῦ Πυθαγόρου διαλεχθέντος, καὶ τῶν Κροτωνιατῶν <sup>42)</sup> πεισθέντων, ἀναιρεθῆναι παντά-  
 133 πασι τὴν τότε ἐπιπολάζουσαν ἀκολασίαν. Ἐτι  
 φασὶ Πυθαγόραν, <sup>43)</sup> ἀφικομένων εἰς τὴν πό-  
 λιν τῶν Κροτωνιατῶν ἐκ τῆς <sup>44)</sup> Συβάριδος  
 (119) πρέσβευτῶν, <sup>45)</sup> ἐπὶ τὴν ἐξαίτησιν τῶν φυγά-  
 δων, θεασάμενόν τινα τῶν πρέσβειων αὐτόχει-  
 ρα γεγενημένον τῶν αὐτοῦ φίλων, μηδὲν ἀπο-  
 κρίνασθαι αὐτῷ. ἐπερομένου δὲ τοῦ ἀνθρώ-  
 που καὶ βουλομένου τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ μετέ-  
 χειρ, εἰπεῖν, ὡς οὐ θεμιστεύοι τοῖς ἀνθρώ-  
 ποις. ὅθεν δὴ καὶ παρὰ τισιν <sup>46)</sup> Ἀπόλλωνα  
 νομισθῆναι αὐτόν. ταῦτα δὴ πάντα, καὶ ὅσα  
 μικρὸν ἔμπροσθεν <sup>47)</sup> εἰρήκαμεν περὶ τῆς τῶν  
 τυράννων καταλύσεως, καὶ τῆς τῶν πόλεων  
 ἐλευθερώσεως τῶν ἐν Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ,  
 καὶ ἄλλων πλειόνων, δείγματα ποιησάμεθα  
 τῆς εἰς τὰ πολιτικὰ ἀφελείας αὐτοῦ, ἣν συνε-  
 βάλλετο τοῖς ἀνθρώποις.

42) πεισθέντων] Ex MS. pro προςθέντων, quod prior Edit. nullo sensu habet. Kust.

43) ἀφικομένων εἰς τὴν π.] Historias huius vberior cognitio haurienda est ex Diodor. Sic. lib. XII. et Nostro infra, Num. 177. Kust.

44) Συβάριδος] In Ciz. σβαριδος. Kiess.

45) ἐπὶ τὴν ἐξαίτησιν] Sic etiam legitur infra, Num. 177. At magis Graecum est, ἐπὶ τῇ ἐξαίτησει. Cac-

continentia vxoribus debita verba faceret: idque etiam effectui datum esse: muliere enim id quod rogata erat promittente, Pythagora vero verba faciente, et Crotoniatis assentientibus, ea quae inualuerat libido prorsus e medio sublata est. Memorant insuper, quum legati Sybaride Crotonem ad deposcendos exules venissent, Pythagoram vnum ex legatis conspicientem, qui hominem sibi amicum propria manu interfecerat, nullo illum responso dignatum esse: quin interroganti et colloquium petenti negasse, se homicidis responsa dare: vnde etiam a quibusdam Apollo habitus est. Haec sane omnia, et quae paulo ante de tyrannorum subuersione, vrbiumque Italicarum et Sicularum liberatione aliisque compluribus diximus, indicio sint, quanta ille commoda circa res ciuiles in homines contulerit.

terum Arcetrius ἀστόχος plane pro ἐξείτησιν legendum censebat ἐξέτασιν: merito eam ob causam notatus a Desider. Heraldo *Animaduera* in Iamblichum, p. 176. *Kust.* Lectio ἐπὶ τὴν ἐξείτησιν non est solicitanda. Ita Ioseph. A. I. II, 6. 3. ἤκομέν τε νῦν ἐπὶ ἀγορᾶν σίτου, *adsumus frumentum emturi.* Alia accusatiui exempla vid. in Matthiae gram. gr. mai. p. 860. *Kiess.*

46) Ἀπόλλωνα] Ciz. ὑπόλλωνα. *Kiess.*

47) εἰρήκαμεν περὶ τῆς τῶν τυρ.] *Supra Num. 33.*  
*Kust.*

## Κ Ε Φ. κή.

154 Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο μηκέθ' οὕτωδὲ κοινῶς, ἀλλὰ <sup>1)</sup> κατ' ἰδίαν ἀπτόμενοι, τὰ τῶν ἀρετῶν ἔργα αὐτοῦ τῷ λόγῳ κοσμήσωμεν. ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἀπὸ θεῶν, ὡσπερ <sup>2)</sup> καὶ νομίζεται, τὴν τε ὁσιότητα αὐτοῦ πειραθῶμεν ἐπιδειῖσαι, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς θανυμαστὰ ἔργα ἐπιδειξώμεν ἑαυτοῖς καὶ τῷ λόγῳ κοσμήσωμεν. Ἐν μὲν οὖν δεῖγμα αὐτῆς ἐκεῖνο ἔστω, οὗ καὶ πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, ὅτι δὴ ἐγίνωσκε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, τίς ἦν, καὶ πόθεν εἰς τὸ σῶμα εἰσελη-  
(113) λύθει, <sup>3)</sup> τοὺς τε προτέρους αὐτῆς βίους, καὶ τούτων πρόδηλα τεκμήρια παρεῖχε. μετὰ τοῦτο τοιγυν ἐκεῖνο. <sup>4)</sup> Νέσσον ποτὲ τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἐταίρων διαβαίνων προσεῖπε τῇ φωνῇ· καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνόν τι καὶ τραγὸν ἀπεφθέγγετο, πάντων ἀκούοντων· Χαῖρε Πυθαγόρα. ἔτι μᾶ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἔν τε

1) κατ' ἰδίαν ἀπτόμενοι] Ita Kust. In Ciz. ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίως ἀποτεμόμενοι. Hoc ἀποτεμόμενοι, quod etiam Arcerius habet, et per se non est deterius, quam Kusteri ἀπτόμενοι, et propter praegressum accusativum, adeo praeferendum. Kiess.

2) καὶ νομίζεται] Hoc καὶ, quod edd. Arc. et Kust. ignorant, e cod. Ciz. addidi. Kiess.

3) τοὺς τε προτέρους αὐτῆς βίους] Hanc Pythagorae imposturam merito ridet et exagitat Lactant. Divin. Institut. lib. III. p. m. 151. Kust.

4) Νέσσον ποτὲ τὸν ποταμὸν — τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ] Haec omnia habet etiam Porphyrius, Num. 27. 28. 29. nisi quod pro flumine Nesso nominet Caucasum. Laertius lib. VIII. Num. II. eandem de Pythagora hi-

## C A P. XXVIII.

Quod restat, non amplius, vt hactenus, communiter, sed singillatim attingentes, virtutum eius opera oratione exornabimus. Primo autem a diis, vt fieri par est, initium faciemus, pietatemque eius et a pietate perfecta admiranda opera nobis ob oculos ponentes, sermone celebrabimus. Sit igitur inter alia hoc eius pietatis indicium, quod prius commemorauimus: quod scilicet animam suam, quaenam esset, vndeque in corpus venisset, et priora vitae actae genera nouerit, atque horum manifesta et clara documenta dederit. Post haec et istud, quod Nessum fluuium aliquando multis discipulis comitatus, transiens voce compellaverit, et flumen articulate clareque omnibus audientibus responderit: *Salue Pythagora.* Deinde vno eodemque die Metaponti in

istoriam narrans, *Nessum* itidem fluuium illum vocat. At Aelianus *Var. Hist.* lib. II. cap. XXVI. *Κώσαν* appellat; idemque lib. IV. cap. XVII. *Κέσαν*. In diuersum ab his abit Apollonius cap. VI. *Histor. Comment.* qui sic ait: *Ἐπὶ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ, διαβαίρων σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων, Πυθαγόρα χαιρεῖ.* Sic ergo scriptores hi, quod ad rem ipsam attinet, consentiunt; at in nomine fluuii discrepant. Nos vt in re dubia et incerta nihil desinimus, sed tantum Lectorem remittimus ad Menagium in dictum locum Laertii, et Iacob. Perizonium ad Aelian. *Var. Hist.* lib. II. cap. 26. *Kust.* In *Ciz. σὺν τοῖς πολλοῖς τ. ἐτ. Kiess.*

Μεταποντίῳ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας συγγεγονέναι καὶ διειλέχθαι κοινῇ τοῖς ἑκατέρωθεν ἑταίροις 5) αὐτοῦ, 6) διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες, σταδίων ἐν μεταίχμιῳ πᾶμπόλλων καὶ κατα γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑπαρχόντων, οὐδ' ἡμέραις ἀνυσιμῶν 135 πᾶνυ πολλαῖς. Τὸ μὲν γάρ, ὅτι τὸν μηρὸν χρύσειον ἐπέδειξεν 7) Ἀβάριδι τῷ Ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλω εἶναι τὸν 8) ἐν Ὑπερβορείοις, οὐπερ ἦν ἱερεὺς ὁ Ἀβαρις, βεβαιοῦντα, ὡς τοῦτο ἀληθὲς ὑπολαμβάνουσι καὶ οὐ (114) διαψεύδοιτο, πᾶνυ τεθρύλληται· καὶ μυρία ἕτερα τούτων θειότερα καὶ θαυμαστότερα περὶ τάνδρὸς ὁμαλῶς καὶ συμφώνως ἱστορεῖται· 9) προῤῥήσεις τε σεισμῶν ἀπαράβατοι, καὶ λοιμῶν ἀποτροπαὶ σὺν τάχει, καὶ ἀνέμων βιαίων χάλαζῶν τε χύσεως παραυτικά 10) κα-

5) αὐτοῦ] Sic scripsi pro αὐτῶν, quod cum editionibus Arc. et Kust. etiam Ciz. agnoscit. Pluralem falsum esse, patet: nam pronomem referendum est ad solos ipsius, i. e. Pythagorae, discipulos. *Kiess.*

6) διαβεβαιοῦνται σχεδὸν ἅπαντες] Sic ex Porphyrio locum hunc emendavimus. Ante enim male, διαβεβαιοῦντα σχεδὸν ἅπαντες. *Kust.* In Ciz. et Par. e marg. Spanh. recte διαβεβαιοῦνται. Idem Ciz. deinceps eum Argerio μισαίχμιῳ. *Kiess.*

7) Ἀβάριδι] Ita Ciz. In Kust. edit. Ἀβάρι, in Arc. Ἀβαρι. *Kiess.*

8) ἐν Ὑπερβορείοις] In Ciz. et Arc. deest ἐν: item in illo scriptum est ὑπερβοραίοις, antea tamen ὑπερβορέῳ. Paulo inferius omnes habent ὑπερβορείων. Μοχ βεβαιοῦντα est lectio ed. Kust., Argerii βεβαιοῦν, et cod. Ciz. βεβαιοῦντας. Hoc βεβαιοῦνται debetur oscitanti li-

Italia et Tauromenii in Sicilia versatum, cumque vtriusque loci discipulis locutum esse, pene omnes affirmant; plurimis licet terra marique stadiis, et quae nec multis diebus quis confecerit, interiectis. Iactatum est autem abunde etiam vulgi sermonibus, quod Abaridi Hyperboreo, ipsum Apollini apud populares suos culto, cuius sacerdos erat, assimilanti, femur aureum ostenderit; ut confirmaret, quod secundum rei veritatem sic de eo iudicasset, minimeque in eo deceptus fuisset. Sunt et millia alia his diviniore magisque miranda, quae uniformi consonaque narratione de viro traduntur: qualia sunt, terrae motus infallibiliter praedicti, pestes celeriter depulsae, ventorum violentorum grandinisque effusiones absque

brario, cui *διαβεβαιούνται*, quod modo scripserat, adhuc ante oculos obuersaretur. Infinitius *βεβαιούν* aperte falsus est. Demique *βεβαιούντα*, si sanum est, aut sic intelligi potest, ut coniungatur cum *μηρόν*, hoc sensu: femur aureum, quod fidem faceret Abaridi, eum non falsum esse; aut sic, ut statuatur, *βεβαιούντα* referri ad Pythagoram, oratione recta subito abeunte in indirectam. Verum e sect. 92. coniectias, potius sic legendum esse: — *βεβαιών αὐτόν, ἕς, κ. τ. λ.* — Deinceps ante *πάνυ* Ciz. cum Arcerio addit *καί*. *Kiess.*

9) *προδρήσεις τε σεισμῶν*] Ita Kust. et Arc. In Ciz. *των σεισμῶν*, ommissa particula *τε*. *Kiess.*

10) *κατανησις*] Ita recte Kust. et Arc. Scaliger vertit: *tranquillationes*. In Ciz. et Par. e marg. Spanh. est *κατανησις*. *Kiess.*



τευνήσεις, καὶ κυμάτων ποταμίων τε καὶ θαλασσιῶν <sup>11)</sup> ἀπειδιασμοὶ πρὸς εὐμαρῇ τῶν ἐταίρων διάβασιν· ὧν μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε τὸν Ἀκραγαντίων, καὶ Ἐπιμενίδην τὸν Κρήτα, καὶ Ἀβαριν τὸν Ἐπερβόρεον, πολλὰ καὶ αὐτοὺς τοιαῦτά τινα ἐπιτετελεμέναι.

256 Δῆλα δ' αὐτῶν τὰ ποιήματα ὑπάρχει· ἄλλως τε καὶ <sup>12)</sup> Ἀλεξάνεμος μὲν ὃν τὸ ἐπάνυμον Ἐμπεδοκλέους· <sup>13)</sup> Καθαρτῆς δέ, τὸ Ἐπιμενίδου· Λιθροβάτης δέ, τὸ Ἀβάριδος, <sup>14)</sup> ὅτι ἄρα <sup>15)</sup> οἶατῶ τοῦ ἐν Ἐπερβορέοις Ἀπόλλωνος, δωρηθέντι αὐτῶ, ἐποχοῦμενος ποταμούς τε καὶ πελάγη καὶ τὰ ἄβατα διέβαινε, ἀεροβατῶν τρόπον τινά· ὅπερ ὑπενόησαν καὶ Πυθαγόραν τινὲς πεπονθέναι τότε, ἥνικα καὶ ἐν Μεταποντίῳ καὶ <sup>16)</sup> Ταυρομενίῳ τοῖς ἐκατέρωθεν ἐταίροις ὠμίλησε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. λέγεται δ' ὅτι (115) καὶ σεισμὸν ἐσόμενον ἐπὶ φρέατος, οὗ ἐγεύδατο, προηγόρευσε· καὶ περὶ νεῶς <sup>17)</sup> οὐριοδρομοῦσης, 257 ὅτι καταποντισθήσεται. Καὶ ταῦτα μὲν ἔστω

11) ἀπειδιασμοὶ] Sic etiam Porphyrius. Quam vocem caeteroqui suspectam habebat Arcadius, eiusque loco scribendum suspicabatur ἀπειδιασμοί: sed male. Est enim vox insolens quidem, attamen vitii experta, significatque tranquillationes, si sic dicere liceat, vel serenationes, ab εὐδία. Kust. Pro τῶν ἐταίρων in Ciz. ut in ed. Arc. τῶν ἐταίρων. Kiess.

12) ἀλεξάνεμος] Ita Arc. et Kust. In Ciz. et Par. ἀλεξανέμας. Kiess. [Ἀλεξανέμας verum. V. omnino Valckenar. ad Euripid. Phoen. v. 120. Schaefst.]

13) Καθαρτῆς] Ita scripsi pro corrupto καθαρῆς. Verum habet Porphyrius loco laudato, quod monuerunt

mora sedatae, fluctus maris et fluminum placati, ut discipuli facilius transire possent. Quorum compotes etiam facti Empedocles Agrigentinus, Epimenides Cretensis, et Abaris Hyperboreus, multis in locis talia facinora designarunt. Satis autem nota sunt ipsorum opera: inprimis vero, quod Empedocles cognominatus fuerit *Alexanemos*, ventorum depulsor; Epimenides *Cathartes*, expiator; Abaris vero *Aithrobates*, aërambulus: qui posterior hoc nomen tulit, cum telo sibi ab Apolline Hyperboreo donato vectus, flumina, maria, et inuia quaeque, per aërem quodammodo incedens, superaret. Quod aliqui et Pythagoram vsurpasse opinantur, cum vno die Metaponti et Tauromenii cum vtriusque loci discipulis versatus est. Fertur et futurum terrae motum apud puteum, quem degustauerat, praedixisse; et nauem submersum iri, quae secundo vento veheretur. Atque haec sint certa eius pietatis

Kusterus ad h. l. et Rittershus. ad Porphyry. p. 59. [it. in Ind. rer. memorab. *Schaefer.*] Tum Ciz. male τὸν ἐπιμενίδου. *Kiess.*

14) ὅτι] Ita Kust. o Par. In Ciz. et Arc. ὅτι. *Kiess.*

15) ὁμοίᾳ τοῦ ἐν Ἰππερβορ.] Confer Nostrum supra, Nam. 91. Kust. Deinceps in Ciz. ut in Arc. ἀπόλλω pro ἀπόλλωνος. *Kiess.*

16) Ταυρομενίῳ] In Ciz. ταυρομένῳ. Deinde pro ἐκατέρωθεν Rittershus. ex Porphyrio p. 59. hic scribi iubet ἐκατέρωθεν. — Ciz. ἐμίλησε. *Kiess.*

17) οὐροδρομούσης] Ciz. οὐροδρομοῦσης. *Kiess.*

τεκμήρια τῆς εὐσεβείας αὐτοῦ. βούλομαι δὲ ἀνωθεν τὰς ἀρχὰς ὑποδείξαι τῆς τῶν θεῶν θρησκείας, ἃς προσήσαστο Πυθαγόρας τε καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἄνδρες. 18) ἅπαντα ὅσα περὶ τοῦ πράττειν 19) ἢ μὴ πράττειν διορίζουσιν, ἐπιτοχασται τῆς πρὸς τὸ θεῖον 20) ὁμιλίας· καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ, 21) [καὶ βίος ἅπας συντίεται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ, καὶ ὁ λόγος οὗτος ταύτης ἐστὶ] τῆς φιλοσοφίας· 22) ὅτι γελοῖον ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἄλλοθεν ποθεν ζητοῦντες τὸ εὖ, ἢ παρὰ τῶν θεῶν, καὶ ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν βασιλευομένῃ χώρᾳ τῶν πολιτῶν τινὰ ὑπαρχον θεραπεύσῃ, ἀμείλιχας αὐτοῦ τοῦ πάντων ἀρχοντος. τοιοῦτον γὰρ οἶονται ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους. ἐπεὶ γὰρ 23) ἔστι τε θεὸς, καὶ οὗτος πάντων κύριος· 24) δεῖν δὲ ὁμολογεῖται παρὰ τοῦ κυρίου τὰ (116) γὰθὸν αἰτεῖν· πάντες τε, οὓς μὲν ἂν φιλοῦσι καὶ οἷς ἂν χαίρωσι, τούτοις διδῶσιν τὰ γὰθὰ·

18) ἅπαντα ὅσα περὶ τοῦ πράττειν — τὰναντία] Totus hic locus legitur etiam supra, Num. 86. 87. *Kust.* In *Ciz.* et *Arc.* περὶ τὸ πράττειν. *Kiess.*

19) ἢ μὴ πράττειν] Haec in priore Edit. desunt; quae ex MS. genuerunt. *Kust.*

20) ὁμιλίας] Hoc, quod pro vulgato *ὁμιλογίας* vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani rescripserat, ut dogmatibus Pythagoreorum vnice conueniens, in contexta recipere non dubitauit. In *Ciz.* *ἐπιτοχασται*, ut in edit. *Arc.* *Kiess.*

21) καὶ βίος ἅπας συντ.] Verba haec vnice inclusa desunt in MS. At eadem leguntur etiam supra Num.

indicia. Lubet autem etiam cultus diuini repetita altius principia ostendere, quae a Pythagora et eius sectatoribus proposita sunt: quod scilicet omnia, quae de agendis vel fugiendis definiunt, tendant ad consuetudinem cum deo: estque principium, ad quod omnis eorum vita ordinatur, *deum sequi*: atque huius philosophiae ista ratio est; quod ridicule agant homines, qui quod bonum est, aliunde, quam a diis petunt: perinde ac si quis in provincia regis potestati subiecta quendam e civium numero praefectum colat, neglecto eo, qui omnibus dominatur: tale enim quid Pythagorei existimant ab hominibus illis fieri. Quum enim et deus sit, et omnibus imperet; in confesso autem est, bonum a domino petendum esse: omnes enim iis bona tribuunt, quos amant, quosque sibi acceptos habent;

86. vbi vide quae notauimus. *Kust.* Eadem etiam hic leguntur in cod. *Ciz.*, qui pro ταῦτα, quod habet *Kust.*, praebet ταύτης. *Kiess.*

22) ὅτι γελοῖον ποιῶσι] Supra rectius, γελοῖον γὰρ ποιῶσι. *Kust.* Pro ἄλλοθεν ποθεν *Ciz.* ἄλλοθεν ποτε. *Kiess.*

23) ἔστι] Ita recte *Ciz.* In *Arg.* et *Kust.* ἐστὶ. *Kiess.*

24) δεῖν δὲ ὁμολογεῖται παρὰ τ.] Sic locum hunc ex ipso Iamblichō, Num. 87. emendauimus. Ante enim corrupte legebatur: δεῖν δὲ ὁμολογεῖν περὶ τοῦ κυρίου καγαθόν ἐστι. *Kust.* In *Ciz.* eadem lectio corrupta exstat. *Kiess.*

πρὸς δὲ οὓς ἐναντίως <sup>25)</sup> ἔχουσι, τὰναντία·  
 δῆλον ὅτι ταῦτα πρακτέον, οἷς τυγχάνει ὁ θεὸς  
 158 χαιρών. Ταῦτα δὲ οὐ ῥάδιον εἰδέναι, ἂν μὴ  
 τις ἢ θεοῦ ἀκηκοότος ἢ θεοῦ ἀκούσῃ, ἢ διὰ  
 τέχνης θείας πορίζηται. διὸ καὶ περὶ τὴν μαν-  
104) ἀφαιρουμένων καὶ τὴν τῶν καταλειπομένων δύναμιν] In *Ciz.* tantum haec leguntur, ἀφαιρουμένων δύνανων. His adscripsit Reinesius, καὶ τὴν τῶν καταλειπομένων δύναμιν. *Kiess.*

105) Λέγει δὲ καὶ εἰς ἱερὸν εἰς.] Vide Schefferum de *Philos. Ital.* p. 151. *Kiess.*

106) τὸ πυρρῶν] *Ciz.* τὸν πυρρῶν. *Kiess.*

107) χρυσῶ] Scaliger, κρονῶ, aqua e fonte saliente hausta. Lectio χρυσῶ non est tentanda: nam *αυρῶν* est rerum pulcherrima, et mare, i. e. oceanus, rerum prima. *Kiess.*

τῷ πρώτῳ γενομένῳ καὶ καλλίστῳ <sup>108)</sup> τῶν ὄντων σταθμώμενος <sup>109)</sup> τὴν τιμὴν τῶν ἀπάντων. λέγει δὲ καὶ μὴ τίκτειν ἐν ἱερῷ. οὐ γὰρ εἶναι ὄσιον ἐν ἱερῷ <sup>110)</sup> καταδειῖσθαι τὸ θεῖον τῆς  
 154 ψυχῆς εἰς τὸ σῶμα. Παραγγέλλει δὲ ἐν ἑορτῇ  
 μῆτε κείρεσθαι, <sup>111)</sup> μῆτε ὀνυχίζεσθαι <sup>112)</sup> τὴν  
 ἡμετέραν αὐξήσειν τῶν ἀγαθῶν οὐχ ἠγούμενος  
 (130) δεῖν τὴν τῶν θεῶν ἀπολείπειν ἀρχήν. λέγει δὲ  
 καὶ <sup>113)</sup> φθειρα ἐν ἱερῷ μὴ κτείνειν· οὐδενός  
 τῶν περιττῶν καὶ φθαρτικῶν <sup>114)</sup> νομίζων δεῖν  
 μεταλαμβάνειν τὸ δαιμόνιον. κέδρω δὲ λέγει  
 καὶ δάφνη καὶ κυπαρίττω καὶ δρυϊ καὶ μυρίνη  
 τοὺς θεοὺς τιμᾶν, καὶ μηδὲν τούτοις ἀποκα-  
 θαίρεσθαι τοῦ σώματος, μηδὲ <sup>115)</sup> σχίζειν τοὺς

108) τῶν ὄντων σταθμώμενος] Ciz. τῷ ὄντων σταθμώμενος, quod etiam Scaliger in σταθμώμενος mutavit. *Kiess.*

109) τὴν τιμὴν τῶν ἀπάντων] Obrechtus recte vidit, verba illa, quae paullo post leguntur (ταύτην πρώτην γοήν τῆς ὑγρᾶς φύσεως, καὶ τροφήν τῆς πρώτης καὶ κοινοτέρας ὕλης ὑπολαμβάνων), tanquam fugitiua in hunc locum retrahenda esse, et collocanda post τῶν ἀπάντων. *Kust.*

110) καταδειῖσθαι] Par. e marg. Spanh. καταδύσθαι. An καταδύσθαι? Quod praecedit τίκτειν, volunt nonnulli, non parere, sed generare, significare. Vid. Rudolph. ad Ocellum p. 326. *Kiess.*

111) μῆτε ὀνυχίζεσθαι] Huc spectat symbolum illud Pythagoreorum, παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζου: de quo Iamblichus in *Protreptico*. *Kust.*

112) τὴν ἡμετέραν αὐξήσειν τῶν ἀγαθῶν οὐχ ἠγ.] Haec mihi obscura videntur: in quibus proinde alii acumen suum exerceant. Obrechtus legit, διὰ τὴν ἡμετέρων αὐξήσειν ἀγαθῶν: sed sensus, quem ex hoc loco

primum quippe illud et rerum pulcherrimum, et mensuram pretii esse, quo cuncta aestimari solent: hoc vero primum esse naturae humidae foetum, primaeque et communionis materiae nutrimentum opinatus. In templo dixit pariendum non esse: fas enim non esse, ut in loco sacro diuina anima corpori alligetur: die festo nec capillos, nec ungues praecidendos; non enim conuenire ait, ut relicto deorum obsequio nostra commoda procuremus: nec pediculum in templo necandum, ne quid de eo, quod inutile et corruptibile est, numen participet: deos autem colendos esse cedro, lauro, cupresso, quercu ac myrto; ideoque his a nulla macula corpus purgandum nec

elicit, non video quomodo cum praecedentibus cohaereat. *Kust.* Vtique probanda est Obrechtii ratio. *Ἀπολείπειν τὴν τῶν θεῶν ἀρχὴν* est se subtrahere deorum imperio: quod fit, si quis diebus festis non solos deos, sed se ipsum curat et comit. *Kiess.*

113) φθεῖρα] Ciz. et Par. φθειραν. *Kiess.*

114) νομίζων] Ciz. et Arc. νομίζειν. *Kiess.*

115) σκίλλειν τοὺς ὀδόντας] „Pro σκίλλειν τοὺς ὀδόντας Excerpta Hudsoniana, itemque Anonymus in annotationibus, quas Arcerius *castigationibus suis* in Iamblichi *Protrepticon* subiecit, corrigere iubent, σκινίλειν, a σκίνος, lentiscus. Non ignoro quidem, veteres lentiscum mandere solitos ad conciliandum dentibus candorem; vel cuspides ex lentisco confecisse, quibus dentes purgarent: sed tantum exemplum desidero, quo probetur, verbum σκινίλειν non solum significare lentisco, sed etiam quouis alio dentifricio vel dentiscal-

ὀδόντας. <sup>116)</sup> ταύτην πρώτην γονὴν τῆς ὑγρᾶς  
 φύσεως, καὶ τροφήν τῆς πρώτης καὶ κοινοῦ  
 ρας ὕλης ὑπολαμβάνων. ἐφθόν δὲ παραγγέλλει  
 μὴ ὀπτᾶν· τὴν πραότητα λέγων μὴ προσ-  
 δεῖσθαι τῆς ὀργῆς. <sup>117)</sup> κατακαίειν δὲ οὐκ εἰς  
 τὰ σώματα τῶν τελευτησάντων, μάγοις ἀκο-  
 λούθως, μηδενὸς τῶν θείων τὸ θνητὸν μετα-  
<sup>155</sup> λαμβάνειν ἐθέλησας. Τοὺς δὲ τελευτήσαντας  
 ἐν λευκαῖς ἐσθῆσι προπέμπειν ὅσιον ἐνόμιζε,  
 τὴν <sup>118)</sup> ἀπλὴν καὶ τὴν πρώτην αἰνιτιτόμενος  
 φύσιν κατὰ τὸν ἀριθμὸν καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν  
 πάντων. εὐσχοεῖν δὲ πάντων· μάλιστα παραγ-  
 γέλλει, <sup>119)</sup> ἐπὶ μακρὸν τοῦπίσω· θεοῖς δ' οὐ-  
 ϑὲν μακρὸν εἶναι. πολλῶν δὲ μᾶλλον ἰδιαι-  
 ῶδες ὅσιον εἶναι <sup>120)</sup> λέγει, ἢ κτείνειν ἀνθρα-

pio dentes purgare. Nulla enim dicto loco mentio  
 lentisci præcedit, sed aliarum arborum, veluti cedri,  
 lauri, cupressi, quercus et myrti, quarum ligno Py-  
 thagoras dentes purgari vetabat. Præterea vox σχι-  
 ζειν apud neminem veterum Grammaticorum occurrit,  
 præterquam apud Etymologum in v. Σχίνοσ: qui ta-  
 men eam non explicat. En eius verba: Σχίνον, τὴν  
 σκίλλαν, ἣν διαμασσῶνται οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τοῦ  
 λευκοῦ τῶν ὀδόντας· ἀφ' οὗ καὶ τὸ σχιζέσθαι. Quæ  
 ipsa verba, ut obiter hoc moneam, habet etiam Pho-  
 tius in Lexico inedito. Ex hoc autem loco certo non  
 constat, an τὸ σχιζέσθαι, *lentiscum rodere*, an  
*cuspidem ex lentisco factam dentes scalpere*, an vero  
*dentes lentisco fricare*, vel aliud quid significet. Oc-  
 currit quidem etiam τὸ σχιζέσθαι apud Athenæum  
 Lib. XIV. pag. 629. sed sensu metaphoricò et a priori  
 longe diverso: dummodo non, quod suspicor, vox  
 ea mendo illic laboret. Inspice locum, Lector, et  
 considera. Cæterum, nec lectio, vulgata σχίζειν τοῦσ

dentes fodiendos: coctum non esse assandum; innuens, mansuetudinem opus non habere, vt ira ad illam accedat. cadauera mortuorum vetabat igne comburi, magos in hoc secutus; nihil enim, quod diuinum esset, cum mortali copulari volebat. mortuos in albis deduci fas existimabat, simplicem primigeniamque naturam iuxta numerum atque rerum omnium principium subinnuens. Inprimis vero praecipiebat, pie sancteque iurare: quoniam longum est, quod a tergo sequitur; diis autem nihil longum esse. Multo iustius esse grauem iniuriam pati, quam hominem interficere; in inferno

*ὀδόντας* sana mihi videtur: (quis enim dicat *findere dentes* pro *fodere*, vel *scalpere*, vel *fricare*?) Rectius sane et clarius Iamblichus dixisset *σμήχειν τοὺς ὀδόντας*, quam vocem de frictione dentium usurpauit Dioscorides lib. I. cap. 98. vt̄ idem cap. seq. *σμήγμα ὀδόντων* *dentifricium* vocat. Haec Kusterus in Praefatione. — Nonne *σχίξεν* potius corruptum videatur ex *στίζεν*? Kiess.

116) *ταύτην πρώτην γονήν τῆς ὑγῶς — ὑπολαμβάνων*] Haec verba diximus collocanda esse paulo superius post *τὴν τιμὴν τῶν ἀπόντων*. Kust. Reinesius dicit, ante haec deesse: *μολόχην δὲ μὴ ἐσθίειν*. Kiess.

17) *κατακαίειν*] In Par. et cod. Arcerii forma attica *κατακάειν*. Kiess.

118) *ἀπλήν*] In Ciz. *ἀπλήν*. Kiess.

119) *ἐπὶ μακρὸν τοῦπίσω*] Scribendum non dubito, *ἐπεὶ μακρὸν τοῦπίσω*. Kust.

120) *λέγει*] Sic MS. At prior Edit. male, *μέγα*. Kust.



(151) πον· ἐν ἄδου γὰρ κείσθαι τὴν κρίσιν, <sup>121)</sup> ἐκλογιζόμενον τὰς περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς τὴν πρώτην τῶν ὄντων φύσεις. <sup>122)</sup> κυπαρισσίνην δὲ μὴ δεῖν κατασκευάζεσθαι σωφὸν ὑπαγορεύει, διὰ τὸ κυπαρίσσινον γεγενῆσθαι τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον· ἢ δι' ἄλλον τινὰ μυστικὸν λόγον. <sup>123)</sup> σπένδειν δὲ πρὸ τραπέξης παρακαλεῖ Διὸς Σωτῆρος καὶ Ἡρακλέους καὶ Διὸς Κούρων, τῆς τροφῆς ὑμνοῦντας τὸν ἀρχηγὸν καὶ τὸν ταύτης ἡγεμόνα Δία· καὶ τὸν Ἡρακλέα, τὴν δύναμιν τῆς φύσεως· καὶ τοὺς Διὸς-  
 156 κούρους, τὴν συμφωνίαν τῶν ἀπάντων. Σπονδὴν δὲ μὴ καταμύοντα προσφέρεσθαι δεῖν ἔφη· οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν ἄξιον αἰσχύνῃς καὶ αἰδοῦς διελάμβανεν. ὅταν δὲ βροντήσῃ, τῆς γῆς ἀψασθαι παρήγγελλε, μνημονεύοντας τῆς γενέσεως τῶν ὄντων. εἰσιέναι δὲ εἰς τὰ ἱερὰ κατὰ τοὺς δεξιούς τόπους παραγγέλλει, ἐξιέναι κατὰ τοὺς ἀριστερούς· τὸ μὲν δεξιὸν ἀρχὴν τοῦ περιττοῦ λεγομένου τῶν ἀριθμῶν καὶ θεῖον

121) ἐκλογιζόμενον] Scribo, ἐκλογιζομένην, vt referatur ad κρίσιν. Deinde ea, quae sequuntur, infra Num. 179. rectius sic leguntur: τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς, καὶ τὴν πρώτην τῶν ὄντων φύσιν. Kust. Locus potius ita videtur constituendus: ἢ κτείνειν ἄνθρωπον (ἐν ἄδου γὰρ κείσθαι τὴν κρίσιν)· ἐκλογιζόμενος, etc. ita vt hoc participium referatur ad λέγει. Etiam infra Num. 179. est ἐκλογιζόμενος, i. e. perpendens. — In Ciz. pro φύσεις est φύσις. Kiess.

122) κυπαρισσίνην δὲ μὴ δεῖν κατ.] Insignem huius loci lacunam ex MS. suppleui. In priorē Edit. desunt haec verba, κυπαρισσίνην δὲ μὴ δεῖν κατασκευάζε-

enim repositum esse iudicium; vbi animae, quae inter ea, quae sunt, primatum tenet, substantia et naturae expenduntur. loculos siue arcas sepulchrales cupressinas fieri vult, quia Iouis sceptrum e cupresso fabricatum est, vel propter aliam quandam mysticam rationem. ante mensam Ioui Seruatori et Herculi et Castoribus libandum esse statuit, vt sic Iupiter tanquam alimoniae dux et auctor laudetur, in Hercule vero naturae potentia, et in Castoribus rerum omnium harmonia celebretur. Libamina non esse clausis oculis offerenda; nec enim putabat quicquam eorum, quae bona sunt, mereri, vt cum pudore et verecundia tractetur. cum tonat, terram tangendam esse, in memoriam generationis rerum. a dextra intrandum esse templum, a sinistra egrediendum; dextrum enim statuebat esse principium numeri imparis, et diuinum quid-

σθαι σωρόν ὑπαγορεύει, διὰ τὸ. Huc spectant verba Laertii in *Pythag.* Num. 10. Ἀπείχοντο δὲ καὶ σωροῦ κρηναρισσίνης, διὰ τὸ τοῦ Διὸς σκήπτρον ἐπιπέθειν πεποιθῆσθαι. Vide ibi Menagium. *Kust.*

125) σπένδειν] Σπένδειν cum genitiuo. Subintelligunt κρητήρα. vid. Stephan. thes. tom. 3. p. 937. C. Non omnino huius loci similis est a Stephano citatus locus Aristophan. *Equitib.* 106. σπονδὴν λαβὲ δὴ, καὶ σπείσον, Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Stephanus omisit comma post σπείσον. — Deinceps Ciz. ὑμνοῦντας pro singulari. Restituimus pluralem. *Kiess.*

τιθέμενος· τὸ δὲ ἀριστερόν τοῦ ἀρτίου καὶ διαλυομένου σύμβολον τιθέμενος. τοιοῦτός τις ὁ τρόπος λέγεται αὐτοῦ γεγονέναι τῆς περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπιτηδεύσεως. καὶ <sup>124)</sup> τᾶλλα δὲ ὅσα παραλείπομεν περὶ αὐτῆς, ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἔνεστι τεκμαίρεσθαι· ὥστε περὶ μὲν τούτου πέπαυμαι λέγων.

K E Φ. κθ'.

<sup>157</sup> (132) Περὶ δὲ τῆς σοφίας αὐτοῦ, ὡς μὲν ἀπλῶς εἰπεῖν, <sup>1)</sup> μέγιστόν ἐστι τεκμήριον τὰ γραφέντα ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων ὑπομνήματα περὶ πάντων, <sup>2)</sup> ἔχοντα τῆς ἀληθείας, καὶ στρογγύλα μὲν περὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἀρχαιοτρόπου δὲ καὶ (153) παλαιοῦ <sup>3)</sup> πίνου διαφερόντως, ὥσπερ τινός

124) τᾶλλα] In Ciz. vt supra τᾶλλα. Kiess.

1) μέγιστόν ἐστι] Ita Ciz. In Arc. et Kust. pro ἔστι est ἔστι: minus apte. Kiess.

2) ἔχοντα τῆς ἀληθείας] Scribe ἐχόμενα τῆς ἀλ. Et deinde στρογγύλα παρὰ τὰ ἄλλα πάντα, i. e. supra alia omnia. Kust. Equidem nolim hic cum Kustero permutare in παρὰ. Commodè Obrechtus: quoad cetera quidem omnia. Στρογγύλα autem potius vertendum breuia, curta. Kiess.

3) πίνου] Sic recte MS. (consentiente cod. Ciz. Kiess.). At prior Edit. πόνου: quod Arcerius bona fide labore verterat. Idem mendum occurrit apud Photium in Damascio, p. m. 1068. vbi de Salustio philosopho ait, οὐ τοὺς νέους μιμούμενος σοφιστὰς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον πόνον τῆς λογογραφίας ἀμιλλώμενος. Scribe πίνου: vt recte legitur apud Suidam v. Πίνος, et v. Σαλούστιος, vbi locus ille refertur. Πίνος autem, praeter significationem vulgarem, notat etiam oleum palae-  
stricum, siue ceroma, quo athletae saepius inuncti et

piam; sinistrum vero pro symbolo numeri paris et dissoluti habebat. Hic fertur eius modus fuisse pietatem excolendi. caetera vero, quae praeterimus, pronum erit ex dictis colligere: ideoque hic de iis dicendi finis esto.

## C A P. XXIX.

Sapientiae autem eius, ut verbo dicam, maxima sunt indicia commentarii a Pythagoreis de omnibus rebus conscripti iuxta veritatis normam: et quoad caetera quidem omnia rotundi; inprimis vero vetustum vltimaeque antiquitatis afflatum, velut illi-

sordidati, accedente corporis exercitio, bonam habitudinem et vires, succumque, et colorem sanum sibi conciliabant. Inde ducta metaphora *πνός* dicitur de oratione probe subacta, siue succo et sanguine nervisque plena, et nitorem non fucatum, sed naturalem, et virilem prae se ferente: ut pluribus ostendit personatus Franciscus Francus, vero nomine Salmasius, in Confutatione Animaduersorum Antonii Cercoëtii ad Salmasii Notas in Tertullianum de Pallio, pag. 174. et seqq. Quare locus ex Photio adductus sic vertendus est: *Non recentiores imitans Sophistas (ob stilum nempe eorum eneruem et elumbem), sed masculas priscæ orationis veneres aemulari studens.* Deinde, quae hic apud Iamblichum sequuntur, non parum habent obscuritatis et difficultatis, nec ab interpretibus intellecta fuerunt. Quid enim sibi volunt illa, *ὡςπερ τινός ἀχειραπτήτου καὶ προσπνέοντος*: quae Arcerius vertit, *veluti mentis, quae manibus apprehendi nequeat, afflantis?* Quasi vero quaedam mens sit, quae manibus apprehendi queat. Obrechtus quoque nec veram significationem vocis *πνός* in versione sua expressit,

ἄχειραπτήτου νοῦ 4) προσπνέοντα, μετ' ἐπιστή-  
 μης δαιμονίας ἄκρως συλλελογισμένα· ταῖς δὲ  
 ἐννοίαις πλήρη τε καὶ 5) πικνότεα, ποικίλα  
 τε ἄλλως καὶ πολύτροπα τοῖς εἶδεσι καὶ ταῖς  
 ὕλαις· περισσὰ δὲ ἐξαιρέτως ἅμα καὶ ἀνελλι-  
 πῆ τῇ φράσει, καὶ πραγμάτων ἐναργῶν καὶ  
 ἀναμφιλέκτων ὥς ὅτι μάλιστα μεστὰ μετὰ  
 ἀποδείξεως ἐπιστημονικῆς καὶ 6) πλήρους, τὸ  
 λεγόμενον, συλλογισμοῦ, εἴ τις, αἷς προσήκει,  
 ὁδοῖς κεχρημένος ἐπ' αὐτὰ ἴοι μὴ παρέργως,

nec in verbis hisce postremis vllum suspicatus est  
 mendum. Nos pro νοῦ legendum existimamus χνοῦ;  
 quippe quam vocem Dionysius Halicarn. quoque in  
 erudita epistola ad Caium Pompeium p. 127. Edit.  
 Wechel. cum πίνος coniunxit. Ait enim, ὃ τε πίνος  
 αὐτῇ καὶ χνοῦς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἡρέμα καὶ λεληθότως  
 ἐπιτρέχει. Loquitur ibi de dictione Platonis. Et alibi,  
 nimirum περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότητος, p. 186. χνοῦς ἀρ-  
 χαιοπινῆς dixit, idque cum χάρις ἀβίαστος coniungit.  
 Χνοῦς autem, vt notum est, proprie significat lanu-  
 ginem, quae tenera est, et veluti flos menti, eiusque  
 ornamentum. Quare et in adductis locis Dionysii  
 Halicarnassensis, et hic apud Iamblichum χνοῦς signi-  
 ficare potest gratam venustatem; quoniam lanugo in  
 puberibus grata et venusta esse solet. Porro pro  
 προσπνέοντος scribendum est προσπνέοντα (refertur enim  
 ad ὑπομήματα:) et, vt paucis rem expediam, totus  
 hic locus sic mihi constituendus videtur: ἀρχαιοτρόπου  
 δὲ καὶ παλαιοῦ πίνου διαφερότως (μεστὰ, vel simile quid)  
 καὶ ὡσπερ τινὸς ἀχειράπιου χνοῦ προσπνέοντα, [καὶ] μετ'  
 ἐπιστήμης, etc. Sic omnia mihi clara videntur, ex-  
 cepta sola voce ἀχειράπιου (sic enim scribendum puto  
 pro ἀχειραπτήτου), in qua mihi non satisfacio. Non  
 video enim, quomodo ἀχειράπιος possit esse aptum  
 epithetum τοῦ χνοῦς: nisi forte quis dicere velit,  
 χνοῦν ἀχειραπιον vocari posse lanuginem primam, quae  
 nondum manum, i. e. nouaculam, passa sit. Sed haec

batam quandam mentem spirantes, et cum summa diuinaque sapientia collecti: sensibus insuper redundantes, et de caetero, siue formam siue materiam spectes, varii et diuersimodi: sed et eximie perfecti, ac neque dictione destituti, et rebus perspicuis atque indubitatis maxime referti: idque non sine demonstrationibus scientificis, atque, vt vulgo aiunt, syllogismo repletis; si quis, qua decet, via accesserit, nec perfunctorie,

tantum moneo, vt animum aduertat Lector, et aliam, si possit, loco huic medicinam quaerat. *Kust.* Scribendum est *πῖνος*, non *πίνος*. vid. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. p. 300. sq. Etiam in margine cod. Ciz. hic scriptum est *ὁ πῖνος*. Tum quae de vocabulo *χνοῦς* Kusterus disputauit, ea in hunc locum minime quadrant; neque idem probauit, Graecos vniquam dixisse *ἀχειραπτος*. Vocabulum *πῖνος* usurpatum in eam me opinionem adduxit, vt scribendum putem pro *ὡςπερ τινός ἀχειραπιήτου νοῦ προσπνέοντος* fortius in hunc modum: *ὡςπερ τινός χειραλειπτοῦντος, προσπνέοντα* (hoc *προσπνέοντα* e Ciz.): *redolent illi commentarii vetustum πῖνον, quasi hominis palaestra se exercentis: iidemque sunt ἀκρῶς συλλελογισμένοι, i. e. in rationibus conclusis summa inest subtilitas. Etiam sententiis sunt pleni et creberrimi, vel acuti. Περισσός, quod sequitur, est egregius, exquisitus. Vid. Schaefer. ad Dionys. de C. V. p. 47. Kiess. [De h. l. v. etiam Toup, ad Longin. sect. XXX. p. 337. Oxon. Schaefer.]*

- 4) *προσπνέοντα μετ' ἐπιστ.*] Scribe et supple, *προσπνέοντα* (in edit. Kust. erat *προσπνέοντος. Kiess.*) *καὶ μετ' ἐπιστήμης*, etc. *Kust.*
- 5) *πυκνότατα*] Ciz. *πυκνότητα, ποικίλλα τε. Kiess.*
- 6) *πλήρους — συλλογισμοῦ*] *Πλήρης συλλογισμός, syllogismus perfectus, cui ad integritatem nihil desit. Kiess.*

μηδὲ 7) παρηκουσμένως ἀφοσιούμενος, ταύτην  
 τοίνυν ἀνωθεν τὴν περὶ τῶν νοητῶν καὶ τὴν  
 158 περὶ θεῶν ἐπιστήμην παραδίδωσιν. Ἐπειτα τὰ  
 φυσικὰ πάντα ἀναδιδάσκει, τὴν τε ἠθικὴν  
 φιλοσοφίαν καὶ τὴν λογικὴν ἐτελεώσατο· μα-  
 θήματά τε παντοῖα παραδίδωσιν καὶ ἐπιστήμας  
 τὰς ἀρίστας. 8) ὅλως τε οὐδὲν ἔστιν εἰς γνῶ-  
 σιν ἑλληλυθὸς περὶ ὄτουσιν παρὰ ἀνθρώποις,  
 ὃ μὴ ἐν τοῖς συγγράμμασι τούτοις διηκριβω-  
 ται. εἰ τοίνυν ὁμολογεῖται 9) τὰ μὲν Πυθα-  
 γόρου εἶναι τῶν συγγραμμάτων τῶν νυνὶ φε-  
 (134) ρομένων, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως αὐτοῦ  
 συγγεγράφθαι (καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἑαυτῶν  
 ἐπεφήμιζον αὐτά, ἀλλὰ εἰς Πυθαγόραν ἀνέ-  
 φερον αὐτά, ὡς ἐκείνου ὄντα), φανερόν ἐκ  
 πάντων τούτων, 10) ὅτι πάσης σοφίας ἔμπειρος  
 ἦν ἀποχρώντως. 11) Λέγουσι δὲ γεωμετρίας

7) παρηκουσμένως ἀφοσιούμενος] Παρηκουσμένως, negli-  
 genter: accedat Lexicis hoc aduerbium. In vniuer-  
 sum serior Graecitas huiusmodi aduerbia a praeteritis  
 passivi deriuata frequentat. Ἀφοσιούσθαι autem (vtr  
 verbis Stephani in Thes. tom. II. p. 1519. sq.) est:  
 non animi intentione, non ex animi promptitudine et  
 cum intentione agere, sed quouis modo, et quasi praer-  
 varicari, καὶ τυχόντως ποιῆν, ea tantum gratia, ne  
 incusemur ob rem neglectam. — Deinde pro ταύτην  
 τοίνυν Ciz. ταῦτα τοίνυν. Kiess.

8) ὅλως τε] Ita Are. et Kust. In Ciz. ὅλως δέ. Idem  
 paulo post διηκριβῶται, Arc. διηκριβῆται. Kiess.

9) τὰ μὲν Πυθαγ.] An Pythagoras quaedam ingenii  
 monumenta olim reliquerit, pluribus disputat Clariss.  
 Ioann. Alb. Fabricius in Biblioth. Graec. lib. II. cap.  
 XII. §. 14. Kust. Vide supra ad cap. XXVIII. not.  
 63. Kiess.

aut aurium tenuis eos attigerit. Hanc igitur de iis, quae mente cernuntur, atque de diis, repetitam altius scientiam tradit. Deinde vniuersam rerum naturalium doctrinam exhibet: quin et morum philosophiam et logicam absoluit, variasque disciplinas et optimas quasque scientias exsequitur: vt adeo vniuersim loquendo nihil hominum notitiae subiciatur, quod non in illis scriptis accurate sit pertractatum. Quum igitur in confesso sit, quaedam inter ea scripta, quae nunc circumferuntur, Pythagorae esse; quaedam autem ex eius ore excerpta fuisse (quibus et hinc nullius nomen praescribitur, quaeque propterea ad Pythagoram velut auctorem referuntur): manifestum est, ab omni eum scientia satis instructum fuisse. Geometriae vero potissimum

10) ὅτι πάσης σοφ.] Sic Kust, cum Arc. Ciz. autem et Par. ὅτι Πυθαγόρας πάσ. σ. Kiess.

11) Λέγουσι δὲ γεωμετρίας αὐτὸν ἐπὶ πλεῖον ἐπιμελ.] Τὸ ἐπὶ πλεῖον est ex MS. pro ἐπλεῖον, quod prior Edit. habet. Caeterum, quod ad totius loci huius sensum attinet, non cohaeret, Pythagoram Geometriae studuisse, quia ab Aegyptiis multa de Geometria problemata proponerentur: vt recte etiam obseruauit Schefferus de Philos. Ital. cap. V. p. 23. Quare, vt sensui ἀκολουθία sua constet, post ἐπὶ πλεῖον addendum vtiq̄ue est, ἐν Αἰγύπτῳ. Vel dicendum est, Iamblichum initio scripsisse, ἐπιμεληθῆναι παρ' Αἰγυπτίους· παρ' Αἰγυπτίους γάρ, etc. Nam fieri facile potuit, et illud παρ' Αἰγυπτίους, cum bis a Iamblichō positum esset, semel a librariis ommitteretur: qua ratione sexcenties in veteribus libris



αὐτὸν ἐπὶ πλείον ἐπιμεληθῆναι. παρ' Αἰγυπτίοις γὰρ πολλὰ προβλήματα γεωμετρίας ἐστὶν ἐπεὶπερ <sup>12)</sup> ἐκ παλαιῶν ἔτι καὶ ἀπὸ θεῶν διὰ τὰς <sup>13)</sup> Νείλου προσθέσεις τε καὶ ἀφαιρέσεις ἀνάγκην ἔχουσι πᾶσαν ἐπιμετρεῖν ἣν ἐκέμοντο γῆν Αἰγυπτίαν οἱ λόγιοι· διὸ καὶ γεωμετρία ἐνόμασται. Ἄλλ' οὐδ' ἡ τῶν οὐρανίων θεωρία παρέργως αὐτοῖς κατεζήτηται, ἥς καὶ αὐτῆς (135) ἐμπείρως ὁ Πυθαγόρας εἶχε. <sup>14)</sup> πάντα δὲ τὰ περὶ τὰς γραμμὰς <sup>15)</sup> θεωρήματα ἐκεῖθεν ἐξηρητῆσθαι δοκεῖ. τὰ γὰρ περὶ λογισμοὺς καὶ ἀριθμοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὴν Φοινίκην φασὶν εὐρεθῆναι, τὰ γὰρ οὐράνια θεωρήματα κατακοινόν τινες Αἰγυπτίοις καὶ Χαλδαίοις ἀνα-  
 159 φέρουσι. Ταῦτα δὴ πάντα φασὶ τὸν Πυθαγόραν παραλαβόντα καὶ συναυξήσαντα τὰς ἐπιστήμας προάγειν τε καὶ ὁμοῦ σαφῶς καὶ

peccatum esse, quis ignorat? *Kust.* Non facile erit, qui posteriorem rationem non praeferat. — Reinesius in margine cod. Ciz. in locum verborum ἐπὶ πλείον substituit, ἐπ' Αἰγύπτου. *Kiess.*

12) ἐκ παλαιῶν] Subintellige χρόνων. Deinde illud ἔτι, quod sequitur, mutatum vellem in ἤδη. Porro, pro ἀπὸ θεῶν vir doctus ad marginem codicis Spanhemiani rescripserat, ἀποθεν. Sed vox illa non solet de temporis interuallo dici, sed loci. Ego malim, ἀνωθεν: quamvis nec lectio vulgata temere damnanda sit. Potest enim haud incommode verti, inde a deorum aetate, i. e. a temporibus longe antiquissimis. *Kust.* Ἐτι non est mutandum. Significat iam inde: qui vsus non adeo infrequens est. *Kiess.*

13) Νείλου] MS. habet Νήλου, voce leuiter corrupta. At prior Editio Νείνου, quod Arcerius insigni errore

apud Aegyptios operam eum dedisse ferunt: Aegyptii enim multa habent problemata geometrica; quoniam ab antiquo, et inde ab ipsorum deorum aetate necesse est propter Nili alluiones et auulsiones, vt peritotam Aegyptiorum terram dimetiantur. Nec in coelestium rerum contemplationem obiter inquisiuerunt; fuitque huius etiam scientiae peritus Pythagoras. Caeterum omnia theoremata de lineis indidem profecta esse videntur: nam computationem, quod attinet ad numeros, in Phoenicia repertos ferunt: coelestium autem doctrinam communiter Aegyptiis atque Chaldaeis adscribunt. Haec vero omnia quum accepisset Pythagoras, aiunt et ipsum scientiarum tum protulisse terminos, tum perspicuas accuratasque de-

de Nino intelligendum censebat. Caeterum, quod hic Iamblichus de Geometriae apud Aegyptios inuentione refert, plures confirmant scriptores: quorum loca, vt satis obuia, hic adducere supersedeo. Confer tantum Suidam v. *Ἐπιστήμη*. Kust. Paulo post pro *ἀνίχουσι*, quod habent Arc. et Kust., e Ciz. reposui *ἔχουσι*, in quod etiam Scaliger incidemat. Idem Ciz. *ἀνέμοιο* et *οἱ λόγοι*. Kiess.

14) πάντα δὲ] Ciz. πάντα δὲ. Kiess.

15) θεωρήματα ἐκείθεν ἐξηγηθῆσθαι δοκ.] Insignem huius loci lacunam ex MS. suppleui. In priore enim Edit. desunt verba haec: ἐκείθεν ἐξηγηθῆσθαι δοκῖ· τὰ γὰρ περὶ λογισμῶν καὶ ἀριθμῶν ὑπὸ τῶν περὶ τὴν Φοινίκην φασὶν εὗρεθῆναι· τὰ γὰρ οὐράνια θεωρήματα. Kust. In Ciz. ἐξαρηθῆσθαι. Item κατακοινόν. — In sequentibus post τὰς ἐπιστήμας, scripsi προάγειν pro προσάγειν, quod

ἔμμελῶς τοῖς αὐτοῦ ἀκροωμένοις δεῖξαι. 16) φιλοσοφίαν μὲν οὖν πρῶτος αὐτὸς ὠνόμασε, καὶ ὄρεξιν αὐτὴν εἶπεν εἶναι καὶ οἶονεὶ φιλίαν σοφίας· σοφίαν δὲ ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὐσιν ἀληθείας· 17) ὄντα δὲ ἦδει καὶ ἔλεγε τὰ αὔλα καὶ αἶδια καὶ 18) μόνα δραστικά, ὅπερ ἐστὶ τὰ ἀσώματα· ὁμωνύμως δὲ 19) λοιπὸν ὄντα καὶ κατὰ μετοχὴν αὐτῶν οὕτω καλούμενα, σωματικά 20) εἶδη καὶ ὑλικά, γεννητά τε καὶ φθαρτά καὶ 21) ὄντως οὐδέποτε ὄντα· τὴν δὲ (156) σοφίαν ἐπιστήμην εἶναι τῶν κυρίως ὄντων, ἀλλ' οὐχὶ τῶν ὁμωνύμως, ἐπειδήπερ οὐδὲ ἐπιστητὰ ὑπάρχει τὰ σωματικά, οὐδὲ ἐπιδέχεται γνῶσιν βεβαίαν, ἀπειρά τε ὄντα καὶ ἐπιστήμη ἀπερί-

cum edd. Arc. et Kust. Cod. Ciz. habet. At haec verba vbiuis confunduntur, *Kiess.*

16) φιλοσοφίαν μὲν οὖν πρῶτος αὐτὸς ὠνόμασε, καὶ ὄρεξιν αὐτὴν εἶπ.] Haec et omnia quae sequuntur vsque ad finem Numeri 160. αὐτολεξεῖ etiam leguntur apud Iamblichum in Nicomachi *Introduct. Arithmet.* pag. 5. et 6. Confer etiam Nostrum supra, Num. 59. *Kust.* Vide de hoc omni loco Tiedemann. p. 352. sq. *Kiess.*

17) ὄντα δὲ ἦδει καὶ ἔλεγε τ.] Confer omnino Schaeferum de *Philos. Ital.* c. VIII. et Sam. Tennulium ad Iamblich. in Nicomach. *Arithmet.* p. 78. 79. Caeterum pro ἦδη ex MS. reposuimus ἦδει. *Kust.* Tennulius tuetur ἦδη, quod vertit, iam vero entia etiam. Sed ἦδει, intelligebat, sentiebat, er verstand darunter, haud dubie verum est, nisi forte praeferenda sit forma recentiorum Atticorum ἦδη, de qua vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 122. ed. Schaefer. *Kiess.*

18) μόνα δραστικά] Ita, vt in Nicomachi *Arithmet.* p. 5. etiam hic Ciz. legit pro μονοδραστικά. quod Arce-

monstrationes auditoribus suis tradidisse. Ac philosophiam quidem ille primus appellavit, affectationemque quandam et quasi amicitiam sapientiae esse dixit: sapientiam vero, scientiam veritatis, quae est in entibus: entia autem, quae sunt expertia materiae, aeterna, et sola efficientia; qualia sunt incorporalia. nam quae per participationem illorum entia vocantur, ut corporea, materialia, generationi et corruptioni obnoxia, illa tantum aequivoce talia, adeoque vere neququam entia sunt. Sapientia autem versatur circa ea, quae proprie, non vero circa ea, quae aequivoce sunt entia; quoniam corporalia neque sciri possunt, neque cognitionem firmam admittunt, quum sint in-

rius et Kusterus hic non mutant. In Par. haec leguntur: *μόνον δραστικά, μόνον νόω δρατικά*. Ultima continent explicationem. — Deinceps pro *ἄπερ* rectius legeris *ἄπερ*. *Kiess.*

19) *λοιπὸν*] Par. *λοιπά*. Post *ὄντα* Ciz. cum Arc. *καὶ* omittit. Innumeris locis *καὶ* ante *κατὰ* per librariorum incuriam omissum est. *Kiess.*

20) *εἰδη*] Sic rescripsi pro *ἤδη*, quod prior Edit. habet; idque auctoritate Iamblichi in Nicomachi *Arithmet.* pag. 5. ubi vide Satm. Tennulium. *Kust.* Etiam Ciz. hic *ἤδη*, et vide, ne hoc quoque mutandum sit in *ἤδει* totusque locus sic legendus: *δμωνύμως δὲ λοιπὸν ὄντα — καλούμενα, τὰ σωματικά ἤδει καὶ ὑλικά* etc. *Kiess.*

21) *ὄντως*] Sic recte MS. itemque Iamblichus in Nicomachi *Arithmet.* loco laudato. At prior Edit. vitiose *οὕτως*. *Kust.*

ληπτα, καὶ οἷονεὶ μὴ ὄντα <sup>22)</sup> κατὰ διαστολὴν τῶν καθόλου, καὶ οὐδὲ ὄρω ὑποπεσεῖν εὐπε-  
 160 ριγράφως δυνάμενα· τῶν δὲ φύσει μὴ ἐπιστη-  
 τῶν οὐδὲ ἐπιστήμην <sup>23)</sup> οἷόν τε ἐπινοῆσαι· οὐκ ἄρα ὄρεξιν τῆς μὴ ὑπερτώσεως ἐπιστήμης εἰκὸς εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς περὶ τὰ κυρίως ὄντα, καὶ αἰεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως διαμένοντα, καὶ τῇ [<sup>24)</sup> ὄντως] πρὸς ηγορία αἰεὶ συν-  
 πάροντα. καὶ γὰρ τῇ τούτων καταλήμει συμβέβηκε <sup>25)</sup> καὶ τὴν τῶν ὁμωνύμως ὄντων παρομαρτεῖν, οὐδὲ ἐπιτηδευθεῖσάν ποτε· οἷα δὲ <sup>26)</sup> τῇ τοῦ καθόλου ἐπιστήμῃ ἢ τοῦ κατὰ μέρος· τοιγάρ, περὶ τῶν καθόλου, φησὶν Ἀρχύτας, καλῶς διαγνόντες, ἔμελλον καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος, οἷά ἐντι, καλῶς ὀψεῖσθαι. <sup>27)</sup> διόπερ οὐ μόνον οὐδὲ μονο-

22) κατὰ διαστολὴν] Rectius, κατ' ἀντιδιαστολὴν, ut habet Iamblichus in Nicomachi Arithmet. loco laudato. Kust. Tennulius ibi interpretatur propter oppositionem universalium; Tiedemann. p. 352. wegen ihres Gegensatzes mit den allgemeinen Begriffen. — Deinceps in Ciz. ante οὐδὲ deest καὶ. Kiess.

23) οἷόν τε] Ita cum Kust. Ciz. In edit. Arc. οἷον τε. Fuit ergo in hoc codice οἷόν τ' ἐστὶ, quod item notatum est in marg. cod. Spanhem. Verum ἐστὶ abesse potest. Vid. Koen. et Schaeef. ad Gregor. Cor. p. 152. sq. Kiess.

24) ὄντως] Ita Arc. et Kust. In Ciz. et Par. ὄντα. In Nicomachi Arithmet. prorsus deest, idque recte. Videtur e margine in contexta esse illatum. Tiedemann. p. 352. vertit: denen immer einerley Benennung zukommt. Immo: quae una cum suo nomine semper sunt. Kiess.

25) καὶ τὴν τῶν ὁμωνύμως ὄντων] Sic rescripsimus ex

finita, nec scientia se patiantur comprehendi, ita vt respectu vniuersalium perinde se habeant, ac si non essent, nec insuper definitione includi queant. Quae autem porro natura sciri non possunt, illorum non potest scientia excogitari: neque verisimile est, appetitum aliquem dari scientiae non subsistentis; sed potius scientiae eorum, quae proprie entia sunt, quaeque semper circa eadem et eodem modo permanent, atque vere cum nomine suo coexistunt. Nam et horum intellectum sequi solet intellectus entium aequiuoce talium, etiamsi non intendatur eo studium, perinde vt scientiam vniuersalium particularium scientiam consequitur. Nam, *qui de vniuersalibus, inquit Archytas, recte iudicant; etiam particularia qualia sint, praeclare perspicient.* Idcirco non

Iamblichō in Nicomachum. Ante enim male legebatur, *καὶ τῆ τῶν δμωνύμων ὄντων*, etc. Ὀμωνύμως vero erat etiam in MS. Kust. Cod. Ciz. consentit cum edit. Arcerii. Kiess.

26) τῆ τοῦ καθόλου] Inserui τοῦ post τῆ. Hoc necessarium esse patet ex adiectis verbis ἢ τοῦ κατὰ μέρος: de quibus in Ciz. desunt ἢ τοῦ. Kiess.

27) διόπερ — τὰ ὄντα] Haec verba in Ciz. desunt. Pro ἀπλᾶ, quod Kusterus e MS. dedit, in edit. Arc. est ἀπλῶς. Tum cod. Par. e marg. Spanh. pro ἡδῆ praebet εἶδῆ. Pro καὶ πολυειδῆ in Arc. legitur κατὰ πολυειδῆ, in Ciz. et Par. καὶ τὰ πολυειδῆ. Ceterum in hoc loco, qui etiam apud Iamblichum in Nicomach. p. 6. corruptus est, nonnulla ita transponenda videntur:

γενῆ, οὐδὲ ἀπλᾶ ὑπάρχει τὰ ὄντα, ποικίλα δὲ ἤδη καὶ πολυειδῆ θεωρεῖται, τὰ τε νοητὰ, καὶ αἰσώματα, ὧν τὰ ὄντα ἢ κλήσεις, καὶ τὰ σω-  
 (157) ματικά καὶ ὑπ' αἰσθησὶν πεπτωκότα, ἃ δὴ κατὰ μετοχὴν κοινωνεῖ 28) τοῦ ὄντως γίνεσθαι.  
 161 Περὶ δὲ τούτων ἀπάντων ἐπιστήμας παρέδωκε τὰς οἰκειοτάτας, καὶ οὐδὲν παρέλιπεν 29) ἀδιε-  
 ρεύνητον. καὶ τὰς κοινὰς δὲ ἐπιστήμας, ὡς-  
 περ τὴν ἀποδεικτικὴν, καὶ τὴν ὀριστικὴν, καὶ τὴν διαιρετικὴν παρέδωκε τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἔστιν ἀπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ὑπομνημάτων εἰ-  
 δέναι. 30) εἰώθει δὲ καὶ διὰ κομιδῆ βραχυ-  
 τάτων φωνῶν μυρίαν καὶ πολυσχιδῆ ἔμφασιν  
 συμβολικῶ τρόπῳ τοῖς γνωρίμοις ἀποφοιβά-  
 ζειν, ὡς περ διὰ 31) χειροχρήστων τεχνῶν λόγων,  
 ἢ 32) μικρῶν τοῖς ὄγκοις σπερμάτων ὁ Πύθιος

διότι οὐ μόνον οὐδὲ μονογενῆ οὐδὲ ἀπλᾶ ὑπάρχει τὰ ὄντα, τὰ τε νοητὰ καὶ αἰσώματα, ὧν τὰ ὄντα ἢ κλήσεις, ποικίλα δὲ ἔτι (pro ἤδη) καὶ πολυειδῆ θεωρεῖται, καὶ τὰ σωμα-  
 τικά καὶ ὑπ' αἰσθησὶν πεπτωκότα, κ. τ. λ. quapropter non sola neque unigenia neque simplicia sunt entia, intelligibilia et incorporea, quae entia appellantur; immo varia et multiformia considerantur, corporea et quae sub sensum cadunt, etc. Est tamen vel sic oratio hialca.  
 Kiess.

28) τοῦ ὄντως γίνεσθαι.] Reuocauit praesens γίνεσθαι, quod tuentur cum edit. Arc. Cdd. Ciz. et Par. Kusterus e Iamblichio in Nicomachi. p. 6. adsciuerat γένεσθαι. Praeterea in edit. Arc. pro ὄντως est ὄντος.  
 Kiess.

29) ἀδιερεύνητον.] In Ciz. ἀδιερεύνητον. Idem Ciz. cum Arc. καὶ τὰς κοινὰς δέ. Kiess.

30) εἰώθει.] Par. e marg. Spanhem. εἴωθε. Kiess.

sola neque vnigenia, neque simplicia sunt entia; sed varia et multiplici specie esse cernuntur: quaedam nempe intelligibilia et incorporalia sunt, quae entium nomine veniunt; alia vero corporalia, et sub sensum cadentia; quae per communicationem quandam de ente participare contingit. De his omnibus ille scientias tradidit maxime appositae, nihilque prorsus in iisdem inexcussum reliquit. Sed et scientias illas communes de demonstratione, de definitione, de diuisione, homines edocuit, vti ex commentariis Pythagoricis videre licet. Solebat etiam breuissimis dictis plurimos atque multifarios sensus symbolico more apud familiares effundere, prorsus vti Apollo Pythius, et ipsa etiam natura, per oraculorum effata,

31) χειροχρήστων τιῶν λόγων] Scribe, *πυθοχρήστων τιῶν λόγων*. Loquitur enim hic de oraculis siue effatis Apollinis Pythii: quae infra cap. 34. in fine *πυθοχρήστα λόγια* vocantur. Deinde *Πύθιος* reuocauit ex MS. pro corrupto *πύτιος*, quod est in priore Edit. et Arceriani ingenii conatus elusit. Sic supra Num. 105. Iamblichus dicta Pythagorae similia esse dicit *χρησμοῖς τοῦ Πυθίου*. Kust. Rcinesius in cod. Ciz. ad vocabulum *χειροχρήστων* adscripsit *πυθοχρήστων, βιοχρήστων*. Hoc *βιοχρήστων* aptius certe videtur, quam *πυθοχρήστων*, quum sequatur nomen *ὁ Πύθιος*. Locus autem ipse sic comparatus est, vt requiratur verbum significans *breuis*, vel simile quid. Kiess.

32) μικρῶν] Par. *μικροῖς*. Deinceps Ciz. *ὁ Πύθιος τε*. Hoc τε reposui. Idem Ciz. tamen male interpungit ante *ὁ Πύθιος*. Kiess.



τε καὶ αὐτὴ ἢ φύσις πλήθη ἀνήνυτα καὶ δυσ-  
 επινόητα ἐννοιῶν καὶ ἀποτελεσμάτων <sup>33)</sup> ὑπο-  
 162 φαίνουσι. Τοιοῦτον δὴ ἐστὶ τὸ Ἄρχῃ δέ τοι  
 ἡμῖν <sup>34)</sup> παντός ἀποφθέγμα Πυθαγόρου  
 αὐτοῦ. οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ παρόντι ἡμισιχίῳ,  
 ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις παραπλησίοις ὁ θειότατος  
 Πυθαγόρας τὰ τῆς ἀληθείας ἐνέκρυπτε ζώπυ-  
 168) γία τινὲ ἐναποθησαυρίζων <sup>36)</sup> ἀπερίβλεπτον  
 καὶ παμπληθῆ θεωρίας ἔκτασιν· οἷόνπερ καὶ  
 ἐν τῷ·

<sup>37)</sup> Ἀριθμῶν δέ τε πάντ' ἐπέοικεν·

ὁ δὲ πικνότερα πρὸς ἅπαντας ἐπεφθέγγετο. ἢ  
 πάλιν, <sup>38)</sup> ἐπιφυλότις, ἰσότης, φιλότης.  
 ἢ ἐν τῷ <sup>39)</sup> κόσμος ὀνόματι, <sup>40)</sup> ἢ νῆ Δία ἐν

<sup>33)</sup> ὑποφαίνουσι] Scaliger, ὑποφαίνουσα: idem enim pro corrupto ὁ πύτιος scripserat ὅποια τις. Kiess.

<sup>34)</sup> παντός] Par. σύμπαντος, et ἡμισιχίῳ. Kiess.

<sup>35)</sup> ἐναύσασθαι] Ciz. ἀναύσασθαι. Tum βραχυλογία. Porro idem cum Par. ἐναποθησαυρίζων pro eo, quod Arc. et Kust. habent, ἀποθησαυρίζων. Illud reposui. Kiess.

<sup>36)</sup> ἀπερίβλεπτον] Obrechtus, ut ex versione eius colligitur, legit ἀπερίληπτον: quod probo. Kust. At melius congruit verbis adiectis ἀπερίβλεπτον. Kiess.

<sup>37)</sup> Ἀριθμῶν δέ τε πάντ' ἐπ.] Dicti huius Pythagorici meminerunt etiam Theo Smyrnaeus, Sextus Empiricus, Themistius, et alii. Vide Menag. ad Laert. lib. VIII. 12. Kiess. [Mox malim ἀπεφθέγγετο. Schaefer.]

<sup>38)</sup> ἐπιφυλότις, ἰσότης] Scribe, ἢ φιλότης, ἰσότης: et deinde illud alterum φιλότης, quod sequitur, dele. Est enim superfluum. Obrechtus legit: φιλότης, ἰσότης. ἰσότης, φιλότης. Kust. His dictis Kusterus

atque parua, si molem spectes, semina, immensam copiam difficilium intellectu notionum atque effectuum producant. Tale est illud: *Principium dimidium totius*: quod apophthegma ipsum Pythagoram auctorem habet. Neque tantum in praesenti hoc haemistichio, sed et in aliis similibus diuinissimus ille Pythagoras igniculos veritatis abscondit, illis, qui lumen inde accendere possent, in breuiloquio quodam incomprehensibilem latissimeque patentem contemplationis extensionem recondens. Quale quid occurrit in illo:

*Omnia conueniant numero:*

quod saepius omnibus inculcabat; vel porro: *Amicitia aequalitas; aequalitas amicitia est;* vel in nomine *cosmos*, i. e. mundus; vel pro-

in curis secundis haec addit: „Post πάλιν videri quodque excidisse has duas voces, ἐν τῷ, vt ex iis, quae „praecedunt et sequuntur, patet. Sic ergo totus hic „locus scribendus erit, ἢ πάλιν ἐν τῷ, ἢ φιλότης, ἰσότης, „etc. Caeterum respicit hic Iamblichus ad id, quod „Laertius et alii de Pythagora tradunt, eum amicitiam „primum vocasse ἰσότητα, id est, aequalitatem.“ Logannus pag. 103. legit: ἐπιφιλίας, ἰσότης, φιλότης, vel etiam ἐπιφιλότητος, de amicitia dicebat. — In Cdd. Ciz. et Par. pro ἐπιφιλότης legitur ἐπιφιλότης. Maxime probabilis haec lectio videtur: ἢ πάλιν ἐν τῷ φιλότης, ἰσότης, ἰσότης, φιλότης. Kiess.

39) κόσμος] Ita, monentibus etiam Scaligero et Kustero, dedi pro κόσμῳ. Materialiter enim, vt vulgo dicitur, vox ista hic ponitur. Kiess.

40) ἢ ἢ Δία] Sic MS. At in priore Edit. corruptis-

τῷ φιλοσοφία, ἢ καὶ ἐν τῷ <sup>41)</sup> στῶη καί-  
 ετων, ἢ τὸ <sup>42)</sup> διαβωόμενον ἐν τῷ τετρα-  
 κτύς. ταῦτα πάντα καὶ ἕτερα πλείω τοιαῦτα  
 Πυθαγόρας πλάσματα καὶ ποιήματα εἰς ἀφέ-  
 λειαν καὶ ἐπανόρθωσιν τῶν συνδιαγόντων ἐπε-  
 νοεῖτο, καὶ οὕτω σεβαστὰ ἦν καὶ ἐξευδαίετο  
 ὑπὸ τῶν συνιέντων, ὥστε εἰς ὄρκου σχήματα  
 περιόστατο τοῖς ὀμακόοις·

Ὁὐ μὰ <sup>43)</sup> τὸν ἀμετέρη γενεῇ παραδόντα τετρα-  
 κτύς,

(139) Παγὰν ἀεννάου φύσεως, φίλωμά τ' ἔχουσαι.

163 Τοῦτο μὲν οὖν οὕτω θαυμαστὸν ἦν τὸ εἶδος  
 αὐτοῦ τῆς σοφίας. Τῶν δ' ἐπιστημῶν οὐχ ἦκι-  
 στά φασιν αὐτοὺς τοὺς Πυθαγορείους τιμῶν  
 μουσικῆν τε καὶ ἰατρικῆν καὶ μαντικῆν. <sup>44)</sup> ὁμο-  
 πηλοὺς δὲ εἶναι καὶ ἀκουστικούς καὶ ἐπαινεῖ-

sime, ἠηνυδία (Ciz. ἢ νινυδία, Kiess.): quod Arce-  
 rius in ἡ ἰδία mutandum censebat. Kust.

41) στῶη καίετων] Monstra verborum, vel potius  
 mendorum: quae feliciter, vt puto, profligavit Ob-  
 rechtus. Legit enim, ἐν τῷ εὐεσιῶ καὶ ἀεισιῶ. Quid  
 autem voces illae significant, Grammatici te docebant.  
 Vnum tamen, fateor, coniecturae huic obstat; quod  
 nempe Laertius et alii testentur, Democritum primum  
 vocis εὐεσιῶ fuisse inuentorem; quippe qua εὐθυμίαν,  
 siue animi tranquillitatem designauerit. An vero alii  
 ad Pythagoram etiam vocem hanc retulerint, nunc  
 non memini. Quare haereo. Kust. Diogen. Laert.  
 VII, 9, 10. καλεῖ δ' αὐτήν (scil. Δημόκριτος τὴν εὐθυ-  
 μίαν) καὶ εὐεσιῶ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς ὀνόμασι. Stob. Ecl.  
 lib. II. cap. 7, p. 76. ed. Heer. τὴν καὶ εὐθυμίαν, καὶ  
 εὐεσιῶ, καὶ ἁρμονίαν, συμμετρίαν τε καὶ ἀταραξίαν καλεῖ.  
 Suidas: ὅτι τὸ εὐ ἔστω εὐδαιμονία καλεῖται, ὡσπερ τὸ αἰ-  
 ἴτω ἐπὶ τῆς αἰδιότητος. Logano, p. 103. scribendum

fecto in nomine *philosophia*; vel etiam in *euesto* aut et *aeiesto*, id est, tranquillo et constanti animo; vel denique vulgatum illud in *tetractys*. Haec omnia et alia etiam plura huius generis inuenta figmentaue Pythagoras in vtilitatem et emendationem familiarium suorum excogitabat, eaque ad eo venerabilia, adeo diuina ab intelligentibus habebantur, vt apud condiscipulos in iurisiurandi formulam abierint:

*Non, per eum! generi nostro a quo ostensa tetractys;  
In qua fons naturae habitat radixque perennis.*

Hoc itaque tam admirabile genus eius sapientiae erat. Inter scientias autem haud postremo loco Pythagorei Musicam, Medicinam et diuinandi artem excolebant. Taciturni autem erant et ad auscultandum exercitati; eumque, qui audire nouisset,

videtur: ἢ ἐν τῷ κόσμῳ ὀνόματι, ἢ ἂ μὴν ἦν ἴδια (vel ἢ ἂ καὶ μὴν ἦν ἴδια) ἐν τῷ φιλοσοφία, ἢ καὶ ἐν τῷ στοιχειῶν (pro στήν καίτερον) ἢ τὸ διαβ. etc. At ne στοιχειῶν quidem fuit πλάσμα et ποίημα ipsius Pythagorae. vid. Rudolph. ad Ocell. Lucan. p. 400. sqq. Lectum hic fuisse verbum, cuius auctor Pythagoras aut fuit aut fuisse a suis credebatur, hoc quidem patet: at quale id fuerit, hoc in tanta lectionis corruptione nemo facile diuinauerit. *Kiess.*

42) *διαβρώμενον*] Ex MS. pro inepto *διαβρώμενον*, quod prior Edit. habet. *Kust.*

43) *Ὁὐ μὰ τὸν ἄμ.*] Versus hi leguntur etiam supra. Num. 150. sed cum aliqua diuersitate. Vide quae ibi notauimus. *Kust.* Ciz. οὐ μα, et *τετρακτῆν*. *Kiess.*

44) *σιωπηλοῦς*] Ex MS. pro corrupto *σιωπικῶς*. *Kust.*

σθαι παρ' αὐτοῖς τὸν δυνάμενον ἀκοῦσαι.  
 45) τῆς δὲ ἰατρικῆς μάλιστα μὲν ἀποδέχεσθαι  
 τὸ διαιτητικὸν εἶδος· καὶ εἶναι ἀκριβεστάτους  
 ἐν τούτῳ, καὶ πειρᾶσθαι πρῶτον μὲν κατα-  
 μανθάνειν σημεῖα συμμετρίας, πόνων τε καὶ  
 46) σιτιῶν καὶ ἀναπαύσεως. ἔπειτα περὶ αὐτῆς  
 τῆς κατασκευῆς τῶν 47) προσφερομένων σχεδὸν  
 πρώτους ἐπιχειρῆσαι τε καὶ πραγματεύεσθαι  
 καὶ διορίζειν. ἄψασθαι δὲ 48) χρῆ καὶ κατα-  
 πλασμαμάτων 49) ἐπὶ πλεῖον τοὺς Πυθαγορείους  
 τῶν ἔμπροσθεν· τὰ δὲ περὶ τὰς φαρμακίας  
 ἦττον δοκιμάζειν· αὐτῶν δὲ τούτων τοῖς πρὸς  
 τὰς ἐλκώσεις μάλιστα 50) χρῆσθαι· τὰ δὲ περὶ  
 τὰς τομὰς τε καὶ καύσεις ἥκιστα πάντων  
 164 ἀποδέχεσθαι. Χρῆσθαι δὲ καὶ ταῖς ἐπι-  
 δαῖς πρὸς ἕνια τῶν 51) ἀρρώσθημάτων. ὑπε-  
 λάμβανον δὲ καὶ τὴν μουσικὴν μεγάλην συμ-  
 (140)βάλλεσθαι πρὸς ὑγίαν, ἂν τις αὐτῇ χρῆται  
 κατὰ τοὺς προσήκοντας τρόπους. 52) ἐχρῶντο

45) τῆς δὲ ἰατρικῆς μάλιστα μὲν — ἕνια τῶν ἀρρώ-  
 στημάτων] Haec omnia αὐτολεξι etiam leguntur in-  
 fra, Num. 243. Kust.

46) σιτιῶν] Ita Kust. In Ciz. et Arc. edit. σιτῶν. Vid.  
 ad Protreptic. p. 177. not. 8. Kiess.

47) προσφερομένων] Sic etiam hic, monentibus Scali-  
 gero, Kustero, et re ipsa, pro προσφερομένων, quod in  
 edd. Arc. et Kust., item in cod. Ciz. hic exstat, re-  
 scripsimus. — Ante πραγματεύεσθαι Ciz. cum Arc.  
 omittit καί. Kiess.

48) χρῆ καὶ] Vir doctus ad marginem codicis Spanhe-  
 miani notauerat, χρῆσθαι: quod non aspernandum.  
 Kust. Loganus coniicit, legendum esse χρῆμάτων

laude prosequerentur, Medicinae eam maxime speciem amplectebantur, quae diaetam moderatur, inque hac exercenda accuratissimi erant. Ac initio quidem signa nitebantur addiscere, quibus congruum laboris victusque, et somni modum explorarent; deinde quod ad ipsam ciborum praeparandorum rationem attinet, illi fere primi commentari de ea, atque disputare aggressi sunt. Cataplasmata autem Pythagorei frequentius, quam qui eos antecesserant, adhibebant: sed succos medicatos minus probabant: illisque ipsis ad vulnera potissimum sananda utebantur: incisiones vero et vstiones minime omnium admittebant. Quosdam insuper morbos etiam curabant incantationibus. Existimabat autem ille, Musicam quoque plurimum ad sanitatem conferre, si quis ea legitimo modo utatur. Sed et Ho-

vel χρίσεων καὶ καταπλ. Idem recte censet, φαρμακείας (Ciz. φαρμακίας) potiones et medicamenta interna potius esse, quam unguenta medicata, ut vertit Obrechtus. — Mihi χρισμάτων videtur vera lectio. Kiess.

49) ἐπὶ πλείον] Ciz. ut Arc. ἐπὶ πλείω. Kiess.

50) χρῆσθαι τὰ δὲ] In Ciz. desunt voces τὰ δέ. Quae praecedunt, sic videntur scribenda: αὐτοῖς δὲ τοῦτοις πρὸς τὰς ἔλκ. haec ipsa cataplasmata ulceribus sanandis maxime adhibebant. Kiess.

51) ἀρώσθημάτων] Ciz. ἀρωσθημάτων. Kiess.

52) ἐχοῶντο δὲ καὶ Ὀμ.] Supra cap. XXV. Num. 111. vbi rectius legitur ἐξελεγκμέναις. Kust. In edd. Arc. et Kust. est διελεγκμέναις. Ciz. recte διελεγκμέναις. Kiess.

δὲ καὶ Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσι διελεγμέ-  
 ναις πρὸς ἐπαινόρθωσιν ψυχῶν. ὦντο δὲ δεῖν  
 κατέχειν καὶ διασώζειν ἐν τῇ μνήμῃ πάντα τὰ  
 διδασκόμενά τε καὶ φραζόμενα· καὶ μέχρι  
 τούτου συσκευάζεσθαι τὰς τε μαθήσεις καὶ  
 τὰς ἀκροάσεις, μέχρις ὅτου δύναται παραδέ-  
 χεσθαι τὸ μανθάνον καὶ διαμνημονεύον· ὅτι  
 53) ἐκεῖνό ἐστιν ὃ δεῖ γινώσκειν, καὶ ἐν τῇ  
 γνώμῃ φυλάσσειν. ἐτίμων γοῦν σφόδρα τὴν  
 μνήμην, καὶ πολλὴν αὐτῆς ἐποιοῦντο γυμνα-  
 σίαν τε καὶ ἐπιμέλειαν, 54) ἐν γὰρ τῷ μανθά-  
 νειν οὐ πρότερον ἀφιέντες τὸ διδασκόμενον,  
 ἕως περιλάβοιεν βεβαίως τὰ ἐπὶ τῆς πρώτης  
 μαθήσεως, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν λεγομένων  
 165 ἀνάμνησιν τόνδε τὸν τρόπον. Πυθαγόρειος  
 ἀνὴρ οὐ πρότερον ἐκ τῆς κοίτης ἀνίστατο, ἢ  
 τὰ χυθῆς γενόμενα πρότερον ἀναμνησθεῖη. ἐποι-  
 εῖτο δὲ τὴν ἀνάμνησιν τόνδε τὸν τρόπον. ἐπει-  
 ρᾶτο 55) ἀναλαμβάνειν τῇ διανοίᾳ, τί πρῶτον  
 εἶπεν, ἢ ἤκουσεν, ἢ προσέταξε τοῖς ἔνδον ἀνα-  
 (141) στάς, ἢ τί δεύτερον, ἢ τί τρίτον. καὶ 56) περὶ

53) ἐκεῖνό ἐστιν ὃ δεῖ γιν. ] Est locus corruptus et  
 obscurus, quem cum Obrechtō, sic legerim: ὃ δὲ γι-  
 νώσκειν, τοῦτο δὲ, ὃ τὴν γνώμην, etc. Kust. Immo  
 ita locus scribendus videtur: ὃ δὲ γινώσκειν καὶ ἐν ὃ  
 γνώμην φυλάσσειν. Kiess.

54) ἐν γὰρ ] Sic scripsi pro ἐν τε. Nihil enim est, quo  
 τε referrī possit. Quae enim sequitur enunciatio,  
 καὶ τῶν καθ' ἡμέραν etc. ea annectitur superioribus,  
 ἐποιοῦντο ἐπιμέλειαν etc. — Pro ἀφιέντες, vt rescripsit  
 Kusterus, in Ciz. vt in edit. Arc. est ἀφιέντες, ibi-  
 demque deest τῶν ante καθ' ἡμέραν. Kiess.

meri atque Hesiodi selectas sententias ad emendandas animas adhibebant. Putabant porro, quaecumque didicerant audiuerantque, memoria retinenda esse: atque eatenus animum disciplinis doctrinisque instruendum; quatenus facultas discendi memorandique tradita capere possit: illa etenim est, qua cognoscere aliquid, haec vero, qua cognitum asseruare oportet. Ergo memoriam maximopere colebant, multamque in ea exercenda curandaque diligentiam collocabant; in discendo quidem non prius omittentes quae docebantur, quam firmiter prima disciplinae rudimenta comprehendissent: deinde quotidie, quae dicta erant, hunc in modum memoria repetendo ruminabant. Vir Pythagoreus nunquam e lecto surgebat, quin prius in memoriam sibi revocaret, atque ita reminiscendo recognosceret, quae pridie acta erant: quae ita rememorabat, ut mente recensere niteretur, quid primum dixerit, vel audiuerit, vel domesticis suis e lecto surgens praeceperit, quid secundum, quid tertium. Eadem erat

55) ἀναλαμβάνειν τῆς διανοίας] Sic Arc. et Kust. In Ciz. ἀναλ. ἐν τῇ διαν. Kiess.

56) περὶ τῶν ἰσομένων] Ex MS. pro περὶ τῶν ἰσομένων. Kust. Paulo post Par. πρῶτον pro πρώτῳ. Kiess.



τῶν ἐδομένων ὁ αὐτὸς λόγος. καὶ πάλιν αὐ  
ἐξῴων τίνι πρώτῳ ἐνέτυχεν, ἢ τίνι δευτέρῳ,  
καὶ λόγοι τίνες ἐλέχθησαν πρώτοι, ἢ-δευτέροι,  
ἢ τρίτοι. καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁ αὐτὸς λό-  
γος. πάντα γὰρ ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν τῇ  
διανοίᾳ τὰ συμβάντα ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὕτω  
τῇ τάξει προθυμούμενος ἀναμιμνήσκειν,  
57) ὡςπερ συνέβη γενέσθαι ἕκαστον αὐτῶν. εἰ  
δὲ πλείω σχολὴν ἄγοιεν ἐν τῷ διεγείρεσθαι,  
58) τὰ κατὰ τρίτην ἡμέραν συμβάντα τὸν αὐ-  
166 τὸν τρόπον ἐπειρᾶτο ἀναλαμβάνειν. Καὶ ἐπὶ  
πλέον ἐπειρῶντο 59) τὴν μνήμην γυμνάζειν  
οὐδὲν γὰρ μείζον πρὸς ἐπιστήμην καὶ ἐμπει-  
ρίαν καὶ φρόνησεν τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν.  
ἀπὸ δὴ τούτων τῶν ἐπιτηδευμάτων συνέβη τὴν  
Ἰταλίαν πᾶσαν φιλοσόφων ἀνδρῶν ἐμπληροῦ-  
ναι, καὶ πρότερον ἀγνοουμένης αὐτῆς, ὕστε-  
ρον 60) διὰ Πυθαγόραν μεγάλην Ἑλλάδα κλη-  
θῆναι, καὶ πλείστους παρ' αὐτοῖς ἀνδρας φι-  
λοσόφους καὶ ποιητὰς καὶ νομοθέτας γενέσθαι  
τάς τε γὰρ τέχνας τὰς ῥητορικὰς, καὶ τοὺς  
λόγους τοὺς ἐπιδεικτικούς, καὶ τοὺς νόμους  
τοὺς γεγραμμένους παρ' ἐκείνων εἰς τὴν Ἑλ-  
λάδα συνέβη κομισθῆναι. καὶ περὶ τῶν φυσικῶν  
ὅσοι τινὰ μνείαν πεποιήνται, πρώτον

57) ὡςπερ συνέβη] Ita Kust. In edit. Arc. ὡςπερ συνέβη  
in Ciz. ὡς ποτε συν. Kiess.

58) τὰ κατὰ], Ita Kust. In Ciz. καὶ τὰ, in Arc. edit.  
κατὰ sine τὰ. Kiess.

et agendorum ratio: iterumque recordabatur, cui primum, domo egressus, cui deinde obuius fuerit: et qui primo, qui secundo, qui tertio loco sermo habitus esset; et sic deinceps. Omnia enim memoria repetere allaborabat, quae toto die gesta erant; idque eo ordine, quo singula illorum euenierant. Si vero expergefacto plus otii superesset, tum etiam eorum, quae nudius tertius acta erant, eodem modo reminisci conabatur. Memoriam igitur potissimum exercere allaborabant: utpote quum nihil sit, quod ad scientiam, ad experientiam, ad prudentiam denique comparandam magis quam vis reminiscendi valeat. Per haec itaque studia tota Italia philosophis repleta, quaeque antea ignobilis erat, postea propter Pythagoram Magna Graecia cognominata est: plurimique ibi philosophi, poetae et legislatores prouenerunt: quorum artes rhetoricae, generisque demonstratiui orationes, et leges ab iis scriptae, in Graeciam translatae sunt. Sed et qui physices aliquam mentionem fecerunt, primo loco Empedo-

59) τὴν μνήμην] Ita scripsi, monente etiam Kuaterō, pro eo quod ante sine sensu legebatur τῆ μνήμη. Kiess.

60) διὰ Πυθαγόραν] Ciz. διὰ Πυθαγόρας: Idem φυσικῶν pro φυσικῶν. De appellatione Magnae Graeciae vid. Meiners. | p. 392. sq. Kiess.

Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην προ-  
 φερόμενοι τυγχάνουσιν· οἱ τε γνωμολογήσαι  
 (142) τι τῶν κατὰ τὸν βίον, βουλόμενοι, τὰς Ἐπι-  
 χάρμου διανοίας προφέρονται· καὶ σχεδὸν  
 πάντες αὐτὰς οἱ φιλόσοφοι κατέχουσι. περὶ  
 μὲν οὖν τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ πῶς ἅπαντας  
 ἀνθρώπους ἐπὶ πλείστον εἰς αὐτὴν προεβίβα-  
 σεν, ἐφ' ὅσον <sup>61)</sup> ἕκαστος οἶός τε μετέχειν αὐ-  
 τῆς, καὶ ὡς παρέδωκεν αὐτὴν τελέως, διὰ τού-  
 των ἡμῖν εἰρήσθω.

## Κ Ε Φ λ.

167 \*) Περὶ δὲ δικαιοσύνης, ὅπως αὐτὴν ἐπι-  
 τήδενσε καὶ παρέδωκε τοῖς ἀνθρώποις, ἄριστα

61) ἕκαστος} Sic recte Ciz. Editiones Aro. et Kus-  
 habent ἕκαστον. Kiess.

\*) Quamquam sub finem capitis 29. oratio sic est con-  
 formata, vt primo aspectu capitis 30. initium cum  
 praecedente cohaerere videatur: plura tamen suadent,  
 vt a paragrapho 167. fragmentum nouum, continuan-  
 dum illud ad paragr. 248., praeter loca nonnulla in-  
 terposita, incipere statuamus. Primum enim huius  
 fragmenti, praeterquam locorum interpositorum, ora-  
 tio ab oratione fragmenti praecedentis et ceterorum  
 Pythagoreorum ita differt, id vt facillime sentiat. Oratio est pura, casta, immunis ab inani nouorum  
 et splendorum verborum ornatu, digna Aristotelis  
 aequali et discipulo. Tum occurrunt hic quidem  
 multa, quae iam in praecedentibus e Diogene et Ni-  
 comacho repetitis fragmentis lecta sunt: ea tamen  
 huius fragmenti auctori debere Diogenem et Nico-  
 machum, quam hisce illum, verisimilius est. Deni-  
 que res Abaridis (sect. 216.) aliter hic narrantur,  
 quam ab vtrouis fragmentorum iam examinerum

clēm et Parmenidem Eleatem citare solent; et qui sententias vitae communi vtilēs tradere volunt, Epicharmi sententiose dicta proferunt; quae omnibus fere philosophis in ore sunt. Atque haec hactenus de eius sapientia, et quomodo omnes homines pro captu quemque suo in illam penitus deduxerit, quam perfecte denique illam tradiderit, nobis dicta sunt.

## C A P. XXX.

De iustitia autem, quomodo illam excoluerit, hominesque docuerit, optime per-

